stet. scilicet pulchritudo et fortitudo. Pulchritudo cōsistit in quadā pportio nabili claritate bone cōplexiois et iō vere pulchri desiderant esse in lumie vt videāt ab hominib⁹. Vnde corpus aialū ē q̄si quedā lucerna q̄ nō est pulchra nisi aia lucēte et ipz viuificāte refulget. et iō mali hoies quādo moriūtur pulchritudinē totā pdūt. puer. xiiii. Lucerna ipiorū extinguet. Scdo fortitudo cōsistit i q̄dam naturali ptate facili operationis: Hec autē ptas resulat ex solida et cōpacta coniectione ofsum et neruonū. Sz hec fortitudo q̄tū cūq̄ sit valida fialiter dissoluet et erit cinis. ysa. xxxiiii. erūt ppli q̄si de iēdi o cinis. Sit q̄ recordatio nostra frequens et assidua q̄ extict⁹ cinis erit corp⁹ nostruz. B Et ē notādū q̄ iste cinis i tēse recogitat⁹ tria facit. Fugat tēptationē. seruat deuotionē. ornat orationē. Primo dico. fugat tēptationē. Ex pimentū esse dicit. et ipoi⁹ alberto libro suodevegetabilib⁹ q̄ si cornū di ficauerit i arbore. et oua posuerit p tale cautela p̄t faciliē ipediri ne de ouis valeat pullos pcreare. accipiat⁹ cinis vtri et pōat⁹ subtiliē iē lignū et cortices arborū portatē nidū et q̄dū cinis ibi durabit cornū nūq̄ pullificabit. Cornū dia bolū signat. Theodol⁹. Cornū p̄fidie dānat aialia q̄q̄. Hō ē moralit⁹ arbor. sic dicit saluator math. vii. Arbor bona fruct⁹ bonos facit. In ista arbore diabol⁹ p tētationē nitiē nidificare. oua ponē et p̄ ea pullos pducē Nidos facit de ramiscul⁹ diuersarū cogitationū. oua poi⁹ de munuscul⁹ puerarū delectationū sz pullos pducit p p̄fessū. Si q̄ istū cornū ipedire veli⁹: etiā si nidū fecerit p aduēticias cogitationes. etiā si oua posuerit p surrepticias delectationes. ne pullos producat per assensiuam

electione accipiam⁹ cineres vitri. **V**itri quod est fragile: est caro nra qd frangitur oī ictu. Cinis hui⁹ vitri est mēoria status quē caro nra hēbit post mortez qd erit ad litterā stat⁹ cineris. Iob. xiii. Mēoria nra ppabit⁹ cineri. Ponam⁹ ergo istū cinerē sub cortice. id est sub nra exteriori pnerfatōe p puatas z ocultas meditatioēs mortis z infallibiliter nūq̄ cōsentiam⁹ suggestiōēs dyaboli per cogitatioēs z delectatioēs pceptas. Et hoc est qd dicit⁹ Eccl. vii. Memorare nouissima tua et inēnū non peccabis. Iste est cinis vacce imolate id est carnis mortificate vel in forma mortis recogitate quē vir mūd⁹ colligere in bez z in loco nūdissimo ponet. Nūeri. xix. De qd apłs etiā ad heb. ix. Cinis vitule asplius inqnatos scūficat ad emūdationē carnis. Scdo cinis iste pseruat deuotōez. Ignis enī cinerib⁹ cooptus optime suaf maxime iuniperi dicit⁹ ei. Iſi. xvii. et hmo. c. vii. qd Iuniperus arbor sic vocat⁹ ideo qa gignēs pir. i. ignē qa cōceptū ignē a deo diu cōseruat qd si prime ex ei⁹ cinerib⁹ fuerint coopte. vsq; ad annū pdurat. Iuniper⁹ qñ gignēs pir id ē ignē debz eē hō moralit⁹ q ignē feruetis z deuote deuotōis in altari sui cordis iungit pseruare tenet. Iuxta illd. Leuiti. vi. Ignis i altari meo sp ardebit. Si ergo istū ignē deuotōis z dilectōis dei per totū annū vite nre suare velim⁹. iuol uam⁹ eū in cinerib⁹ carnis nre. In altissimis mōtib⁹ inueniūt⁹ cineres incouulſe p annū sic i mētib⁹ scōbz iugis ē mēoria mortis cū deuotōez pnia z reprehēsiōe suoz vicioz. Exēplo Iob qd dixit Meipsū rephēdor ago pniām in fauilla z cinere. Iob. xlii. Tertio iste cinis ornat orationē. Quante eui

pauper se magis hūiliat z necessitates suas declarat tāto facili⁹ ipetrat quod implorat. Sicutos qñ fragilitatē nraz corā deo fatemur facili⁹ expeditimus. Exēplū habet⁹ de habrahā. Gen. xviii. Qui dño supplicare pponēs pmitit. loquar ad dñz meū cū sim puluis z cinis. Et in hui⁹ figurā indei dei orare uolētes capita sua cinerib⁹ pſperferūt. sic in mltis locis scripture sacre dicit⁹. vñ si sic fecerim⁹ dabit⁹ nob corā p cinere. Sicut dē ysa. lxi. vñ. vñ. Dichō vas cinerū qd pſfert flos facierū. Copia qd rerū mors vltima metha dierū. Flos es marcesces cadēs i mortē nigresces Audis surdesces formides nulla pueſces. Hec lege lecta tene lacrimis laxenē habene. Ne pateāt pene tibi iamua tpe cene. Forma gen⁹ mores sapiētia visz hōres. Nō retinēt hōiez qui redit in cinerē. Itē. Ort⁹ cūcta suos re petūt matrēq; regrūt. Et redit in nihilū qd fuit ante nihil. **LEC. XVII**

e Transiet vita nra tanq̄ vestigiū nubis z sicut nebula dissoluē q fugata ē a radiis solis z a calore illius aggrauata. Postq̄ sapiēs posuit opiniōē ipioz z totaliter pctō deditoz de morte hōis q opimo posuit hōiem sicut brutū oīno resoluū in elemēta. Posuit etiā ad hoc pbādū rōnes quib⁹ arguūt naturalit⁹ et phisice. Hic pñr ponit rōes quib⁹ hoc pſradēt exēplari⁹ z rethorice. Et sumunt⁹ ista tria exēpla de qbūsdā impſsiōib⁹ q generant⁹ in sublimi videlz de nube et de nebula. **A** Est aut generatio nubis de vapore eleuato de ags z tra vsq; ad mediū intersticiū aeris vbi ē loc⁹ frigid⁹. Eleuat⁹ enī talis materia nubiu v̄tute solis z corporū celestiu immisso vapori quodā calore accidēti p quē ascēdit.

Cū autē puenerit ad mediū intersūciū
aeris ubi ē lo⁹ valde frigid⁹ tum pp̄
distantiā a reflectiōe radiorū solarū a
terra q̄ reflectiō calefacit aerē quē nos
ihitam⁹. tū pp̄ p̄similē distantiā a cor-
porib⁹ celestib⁹ z spera ignis calor i cō-
pactus nubi p̄ quē ascēdebat deficit et
corrūpit⁹ p̄ circūstātē frigiditatē et pit
nubes z resoluit in pluuiā v̄l in niues
seu gradines s̄m potestātē z fortitudi-
nē frigoris p̄primētis. Sic igit⁹ gene-
rat⁹ nubes de vapore z corrūpit⁹ p̄ re-
solutionē Nebula at̄ s̄m q̄ dicit Arif.
ii. metheo. Est reliq̄e nubis vel nubū
resolūtariū aq̄ pluētē z ideo nebula si-
gnat serēnitātē. Cōparat⁹ ḡ vitā nr̄am
vestigio nubis qd̄ ē nebula s̄m aristo.
Et sicut z. tenet⁹ expositiue. p. i. Velve
stigiū nubis dicit⁹ p̄ cōtrariū. q̄si dice-
ret nullū ē vestigiū nubis. sed tota di-
sparet. Sic nulla erit nr̄a mēoria s̄z oi
no peribim⁹ in corpe aia. Sed sicut
hic due dubitatiōes lzales. Prima est
quō dicit⁹ q̄ nubes siue nebula p̄ calo-
rē sol̄ aggrauat⁹. cū calor nō sit causa
grauitat⁹ nec descēsus sed magis cau-
sa lenitat⁹ z ascēsus sicut. i. z. ii. methe.
satis patet. Ad hāc dubitatiōē nr̄dē
possum⁹ multiplici⁹. Primo q̄a ma-
li et impū loquūt⁹ z nō est incōueniēs
q̄ a philosophiā aberrēt. q̄a euāuerūt
in cogitātōibus suis z obscuratū est in
sapiēs cor eorū. dicētēs ei se eē sapiētēs
stulti facti sūt. Roma. p̄. Itē in fine istū⁹
capituli. Hec cogitauerūt et errauerūt
excecauit ei eos maliciā corū. Scdo po-
test dicit⁹ sic q̄ atq̄ nubes fuerit eleuata
ad mediū intersūciū aeris calore so-
lis recedētē. nō accedente et radius nō
agētib⁹ s̄z deficientib⁹ nubes aggrauā-
tur p̄ frigiditatē circūstātē z sic descen-
dit rediēs ad naturā aq̄ de q̄ fiebat et

sic volūt dicere q̄ nubes fugat⁹ radius
solis deficientib⁹ z aggrauat⁹ calore il-
lius deficientē. Tertio pōt dicit⁹ q̄ nu-
bes vel nebula quāq̄ a radiis a calore
solis rarefat. z quā est rarior tūc frigid⁹
circūstās eam magis penetrat z ifrigi-
dat z facit redire ad naturā pp̄riam q̄a
oīs vapor est essentialit⁹ frigid⁹ cū oīs
vapor sit aque⁹ vel terre⁹. a Scda
dubitatio est de modo loquēdi ipiorū
q̄ videt⁹ q̄ sacra scriptura eodē mō lo-
quēdi vta⁹ tanq̄ vita corpus hūani nō
sit denno reparāda z arguit⁹ s̄z multipli-
citer primo sic in ps̄ Remitte mihi vt
refrigerer⁹ pius q̄ habeat⁹ aplū nō ero.
Scdo sic Iob. vii. Sicut p̄simul⁹ nubes
et ptrāsit sic q̄ descēdit ad ifernū non
ascēdet vt ienertat⁹ vltra in domū suā
Itē Iob. x. Vadā z nō reuertat⁹ ad frā
tenebrosā. z op. mor. ca. Itē. ii. Re. xii
Vadā ad illū ille s̄z nō reuertet⁹ ad me.
Itē Eccl. iii. Vn⁹ ē interit⁹ hoīs: iuue-
torū z equa vtriusq̄ cōditio sicut mo-
ri⁹ hō sic et illa moriūt⁹. Itē in ps̄. Se-
pulchra eorū dom⁹ illorūz in eternum.
Itē sapie. xvi. Homo qd̄ p̄ maliciā oc-
cidit animam suam z cum exierit spi-
ritus non reuertetur nec reuocabit a-
nimam q̄ recepta est. Itē. ii. Re. xiiii.
Oēs morimur et q̄si aq̄ delabimur in
terrā q̄ vltra nō reuertet⁹. Itē Algazel
v. metha. sue. c. iiii. dicit q̄ aia q̄ est ex
pers sciētiaz z sordida pp̄ p̄suetudi-
nē voluptatū cruciat⁹ q̄a amissū est in
strumētū. s. corp⁹ siue q̄ nō pōt p̄sequi
illud ad quod eā reuocat p̄cupiscētia.
Et dicit ibidē q̄ illa ē maxia pena et-
na. sed etia nō foret si corp⁹ eēt repa-
randū. Itē. p̄. Corin. xv. Caro z s̄gius
regnū dei nō possidebūt. In oppositū
est illd. Iob. xix. Scio q̄ redēptor me⁹
vinit z in nouissio die de terra surre-

ctur⁹ sū z rursū circūdabor pelle mea
 et in carne me videbo deū saluatore
 meū. Itē Ezech. xxxvii. Ego aperīā tu
 mulos vīos z adducāvos de sepulchris
 vīstz ibi dicit dñs Ossib⁹ aridis dabo
 vobis spm̄ z vīvetis. Itē daniel. xii. Et
 ysa. xxvi. Et multis locis scripture sa
 cre. Ad q̄stionē Credēdū est z asse
 rendū oīno q̄vita hūana est deuuo re
 parāda. Nā cū hūana naturalē hēt in
 clinationē ad corp⁹ suū etnalitē admi
 nistrādū. Naturalis at̄ inclinatio nō est
 frustra ergo cū cōstet oēs mori. neces
 se est ponere corpora corū q̄nq; ad vi
 tā reditura Ad p̄mā auctoritatē de
 ps. sic exponit glo. Remitte mibi pec
 cata mea vt refrigerer p̄ mīaz ab estu
 viciorum priusq; habeam et amplius
 nō ero id ē si non dimittis ibo de hac
 vita et amplius non ero in vero esse
 quod est esse cū deo. Ad scdm̄ dicē
 dū ē q̄ Iob loquit̄ de reuersiōe ad vitā
 istā mortālē Et eodē mō dicitur ad
 tūiūz ad q̄rtū. Ad q̄ntū dico q̄ Ecē.
 loquit̄ more cōcionatoris: nūc in p̄so
 na fatui: nūc in persona sapiētis. Vel
 equa vel equalis est quātū ad apparē
 tiā exteriorē. Ad sextum respōdet
 Glosa in eternū hui⁹ seclī. vel in eternū
 scd̄z opinionē eorū falsā. Ad septi
 mū loquit̄ de reuersiōe ad vitā p̄ntē.

Ad octauū silitudo est Vnde sicut
 aque fluūt in terrā z reuertent^r ad ma
 re vt iterū fluāt. sicut dicit̄. Ecē. p̄mo
 Ita corpa redeūt ad terrā et resoluūt^r
 vt iterū v̄tute diuina resurgāt. Ad
 nonū Glosa exponit sic caroz sanguis
 zc. id est homines dediti vitiis que ex
 carne et sanguine oriuntur. Ad de
 cimū negandus est q̄a infidelis nec
 probat quod dicit. Et A nicenna ma
 gister suis dicit oppositum. Dicit enī

ix. metha. ca. vii. q̄ aīa habebit corp⁹
 apud resurrectionē B Trāsfiet vi
 ta nostra Notādū q̄ scriptura sacra
 vitam humanā comparat multis re
 bus. sed nunq; vel raro alicui rei p̄ma
 nenti vel stabili sed semp̄ rebus cadu
 cis et transeuntibus. Comparatur autē
 q̄nq; vita hūana herbe. q̄nq; flori. q̄n
 q; nubi. q̄nq; rori. q̄nq; hospiti. quādo
 q; cursori. oīa ista sūt trāsitoria sicut z
 momentanea et caduca. Prio mō lo
 quit̄ de homine et de vita hūana. ps.
 Mane sicut herba trāseat mane flore
 at et trāseat. vespere decicat z arefcet
 et induret. In isto v̄su sic dicit Glosa
 Vitāz hūanā in tria tempora diuidit
 scz puericiā. adolescentiā z senectutē.
 Tpe puericie p̄parat̄ hō herbe nondū
 florenti In adolescentiā cōparat̄ herbe
 florenti. Vñ sic vulgarit̄ dicit̄ hōi. q̄
 est in florib⁹ suis p̄pt̄ p̄mas duas eta
 tes. Dicit enī ps. bis. mane. Tertiuū ū
 tēptis quod est senectus vocat vespere
 Dicit ḡ mane. i. i. puericia sicut herba
 trāseat. mane. i. in adolescentiā sua flo
 reat et trāseat. sed vespere. i. in senectute
 decicat vel infirmitate iduret. p̄ mor
 tem arefcet per resolutionē in puluere

Tertio vita n̄ra p̄parat̄ nubi sicut ha
 bet Iob. vii. Sicut nubes p̄trāsit et cō
 sumitur. sic q̄ descēdit ad infernū nō
 ascēdet. Sicut enī nubes de inferiori
 bus eleuatur calore celesti et ascendit
 volatq; in altū ad tps z q̄nq; in sua alti
 tudine circūferit z agitatur cōtinue sine
 quiete et tandē iterato in terrā resolu
 to descēdit. ita hoīes in vita p̄nti oriū
 tur de terra eleuantur ad dignitates z
 honores vbi circūagitant^r et fatigant^r
 et inquietant^r et tandē de dignitatib⁹
 decidunt et cōuertunt^r i terrā. Iob. xxx
 Abstulit q̄si vent⁹ desideriu meū. z ve

Iud nubes p̄trāsūt salus mea. Quasi
vero in nullo statu. in nullo gradu vel
dignitate ē quies perfecta: pulchre de
terminat. Boe. ii. de p̄so. p̄fa. iiii. Quis
ē ingt tam copiose felicitatis. vt nō ex
aliq̄ parte cū status sui qualitate rixet
Anxia enī res est humanorū cōditio
bonorū: et q̄vel nunq̄ tota pueniat vel
nunq̄ perpetua subsistat Hinc sēs⁹ exu
berat et est pudore degener. sanguis
hunc notū facit. sed agusta rei fami
liaris inclusus esse mallet ignot⁹. ille
vtrōq̄ circūstus vitā celibē deflet. ille
nuptiis felix. orbat⁹ liberis censū alie
no nutrit heredi. Alius prole letatus
filii filieue delictis mestis illacrimat
Idcirco facile nemo cū fortune sue cō
ditione cōcordat. Inest enī singul⁹ qd̄ i
exptus nesciat et expertus horreat. h
ille. Quarto cōparat rori vita nostra
Osce. viii. de vita nostra. Quasi nubes
matutina et quasi ros mane p̄trāsīs
Aris. iii. metheronū dicit. q̄ permanē
tia roris non est nisi vni⁹ diei. Quinto
comparat hospiti. Eccl. xxix. Transi
hospes et orna mēsa et que i māu ha
bes c̄ba ceteros. quilibet enī nostruz
stat invita ista: sicut in hospicio non si
cut in domo Vñ tuli⁹ de senectute Sa
piēs de hac vitā discedit tāq̄ ex hospi
cio: nō ex domo cōmorādī ei dīterfo
riū natura nobis dedit. nō habitādī lo
cum. recept⁹ in hospicio vsum habz do
mus. lecti vasoz et huiusmodi. sed n̄
dominium. Vnde nihil secum aufe
ret. sed emut libere et expēdit et tādē
iū sine pro omib⁹ tenet cōpitare. Sic
est de nobis invita ista sum⁹ in hospi
cio mundi. Vsum mundanorū habe
re possum⁹ sed nihil asportare nobis
cum in morte. Vnde iob. xxvii. Di
ues cum dormierit nihil secum aufēt

Vñ mund⁹ filis Bursindi: de quo r̄se
runt fabule q̄ hoies solebat recipere
sub specie pietatis et postea explora
ta oportunitate eosdez occidere. Isto
mō mund⁹ sub specie favoris et ami
cicie admittit et aduocat hoies ad di
uitias et dignitates vt eos per gulas
libidines et cōcupiscētias occidat. Se
xtovita nostra p̄parat⁹ cursori. Iob. ix
Dies meiveloiores fuerunt cursore
trāsierunt et nō viderunt bonim. Sic
ergo patet quomodo vita nostra reb⁹
trāsitoris cōparat⁹ iuxta respōsiones
quā quoddā vetus palatiū dicitur re
spondisse. Vnde aristoteles i poetria
inducit fabulā cuiusdam poete quod
dam palatiū desertū deplorantis i haf
verbis. Lomus egregia cōpingor ad
lachrimas: tuā inspiciēs solitudinē. at
illa cōtremuit cōpassa mihi propt̄ la
chrimaz multitudinē Cui inquo. vbi
q̄so sūt qui quodā in te habitauerūt et
iocūdā vitā cū securitate et tēporis a
memitate duxerūt? At illa Tēporales
inquit existēs. temporalit̄ trāsierūt
cū tēpore et me quoz sub sorte tem
poris transiurā dimiserunt. res nāq̄
nulle stabiles que cum fluxu huius tē
poris fixibiles sūunt. hec respōsio
huius palaciū. Cōcordat huic r̄nsioni
illā. i. io. ii. mundus trāsīt et cōcupia ei⁹
Quod exponēs aug⁹ dicit sic. ecce in
q̄ mund⁹ trāsīt et cōcupia ei⁹. quid vis
ergovtrū amare tpaliā et trāsire cū tē
pore an christū amare et iuxter nūvi
nere. rerū tpaliū sūm⁹ trāsīt sed tan
quam iuxta sūmū nata ē arbor dñs
iesus christus. raperis in p̄ceps tene li
gnū voluit te amor mundi tene chri
stum q̄ si amatis istam miseram flu
idāq̄ vitam vbi cum tanto labore viu
tis quanto magis amare debetis illaz

vita et navi nullu laborē sustinebit.
 Nota quoniam pecunia transitura glacie appo-
 nit autē ad glaciē et si audit aq̄ currē
 tē et finitē fortit sub glacie nullo mō
 cōfidit de illa glacie timēs q̄ sit nimis
 tenuis ad portādā eā. Ista cautela de-
 bem⁹ nos vti. Glia mundi ē q̄si quedam
 pulchra et splēdēs glacies quia delecta-
 bile ē honorari ab hoib⁹ pasci pota-
 riet vel hiri delicate et habere magnaz
 familiā cui possit impari Sed cauetū
 ē quia glacies ista est valde fragil. Au-
 sculta diligēt et audies murmur aq̄-
 rū trāseūtū sub ista glacie. apōc. xvii
 A que multe populi multi. Aduertat
 et audies q̄a mō trāsuūtū rex i mor-
 tē. mō vn⁹ comes. mō epūs. mō miles
 et sic de aliis. et ideo de ista glacie nō
 est p̄fidēdū Raban⁹ legēda de omni-
 bus sanctis Trāseūt cūcta q̄ tpaliē fe-
 stine celebrantur. LEC. XVIII.
 e t nomē nostrū obliuionē accipi
 et et tps et nemo habebit mēori-
 am operū nostrorū Postq̄ impii de-
 clarauerūt q̄ totū genus hūanū perit
 post mortē q̄tū ad corp⁹ et q̄tū ad aiāz
 ita q̄ nihil hoīs māebit secūdū rē. hic
 intendūt probare vltē q̄ totū gn⁹ hu-
 manū peribit etiā secūdū opinionem
 ita q̄ oīs homo pibit nō solū secūdū
 psonā s̄z etiā fm famā. Circa istā que-
 stionē duo fac. q̄a p̄ p̄poit. scdo p̄ba-
 t̄ ibi. vmbre trāsit⁹. A Circa p̄mū
 ē sciēdū q̄ fama hoīs duplicat̄ dūm-
 gat̄ ad mltos. Vno mō p̄ altitudinem
 magnorū statūū Alio mō p̄ magnitudi-
 dies bonorū operū. Propt̄ p̄mū r̄ges
 et principes et oēs generalit̄ potētes
 magis sūt notī q̄ p̄sone p̄uate. p̄pl̄ fm
 legim⁹ apud veteres q̄ p̄sōe q̄ magna
 et mira fecerūt vel multū vtilia reipub-
 liche. successores eorū n̄ solū mēorie

cōmēdauerūt. imo sicut deos colere i
 etna mēoria statuerūt. Sicut diuiss⁹
 q̄a p̄mouitē colere docuit. liber p̄ vi-
 ni appellat⁹ ē et ap̄ grecos deificatus
 ē. Sic minerva: q̄a p̄mo docuit vsū ole-
 i sicut docet aug⁹ xviii de cīta. dei. ca.
 xiiii. Sic ysis et sarapis apud egiptios
 colebāt sicut ps. c. vi. e. et eiusdē libri.
 Sic hercules ⁊ ulixes aiāz et hector et
 multi corpore strenuū nomē et famā
 p̄ op̄a bellica p̄petuare conati sūt. Sic
 etiā poete metris et carmib⁹ tā se q̄ a-
 lios in etna mēoria apud homies cō-
 mēdare satagerūt. Vn̄ ouidi⁹ in fine
 meth. dicit sic. Iāq̄ opus exegi qd nec
 ionis ira nec ignis. Nec poterit ferrū
 nec edax abolere vetustas. Cū volet il-
 la dies q̄ nil habet corporis huius. Ius
 habet incerti spacium mihi finiat eui
 Parte tamē meliore mei sup̄ alta per-
 ānis Astra ferar nomēq̄ erit idelibile
 n̄z. Quāq̄ ps domitis romana potē-
 tia terris. Ore legar p̄pl̄i p̄q̄ oīa secu-
 la fama. Si qd habēt veri vātūz p̄fagia
 vitā. Vult dicere q̄ tale z tm̄ op⁹ ego
 p̄pleui q̄ p̄ illud habeo etna mēoriā
 i ore hoīz q̄a op⁹ istud nec fulmē nec
 ignis nec ferrū i bello nec obliuio tē-
 poris poterit abolere ⁊ ioueniat mori
 q̄n̄ sibi placuerit q̄a nō curo de ea p̄pl̄
 duo. Primo q̄a nō habet ius nisi i cor-
 p⁹ meū ego fact⁹ sū phēnis fm aiāz q̄ ē
 ps melior mei: ferar sup̄ astra i celum
 em pireū q̄ nulla mors pōt attigē. Se-
 cūdo q̄a lz mors possit delere ⁊ destru-
 ere corp⁹ meū nomē tm̄ meū delere n̄
 poterit q̄a p̄ totū mundū vbi viget hūa-
 na potētia legar ore p̄pl̄i ⁊ sic lz n̄ cor-
 pore vitā tm̄ i noīe ⁊ fama. Iste fuit in
 hoc bōe spei ⁊ s̄ae op̄iois p̄ pte. S̄z nō
 sic isti ipi q̄ sū me desiderauerūt etni-
 tatē sū noīs ⁊ mēoriā suorū opm̄ z tm̄

desperates dixerūt. Et nomē nostruz
nō obstāte statu ⁊ dignitate quā habu
imobliuionē accipiet p tps. i. p lapsū
temporis. oīa ei tabescūt et corrupiun
tur in tēpore ⁊ obliuio fit p p tēp. iiii
phi. c. de tpe a Est etiā i ista lectō
ne notādū. q̄ circa noīs celebritatē et
famā diuersimōe se disponūt hoies i
p̄nti. Quidā enī nomen suū ambicio
se magnificāt ad ostētationē. Quidā
nomē suū scādalo sevilificāt i detesta
tionē. Et quidā nomē suū virtuose di
gnificāt ad edificatōez. Primi nomē
suū et famā excellēter appciāt. Secū
di nomē suū negligēt aspēriāt. Ter
tiū nomē suū pueniēt venerāt. Primi
sūt hoies vani ⁊ mūdani q̄ nihil aliud
i suis opationib⁹ appetūt nec intēdūt:
nisi q̄ sint magni noīs et famose opi
nionis apud hoies et isti scribūt noīa
sua i ciuerib⁹ hoc ē in vanis memoriis
hoīz q̄ nō sūt nisi t̄ra et cinis. Eccl. vii
i fine. Oīs homo t̄ra et cinis De qui
b⁹ loq̄t̄ b̄tus Gre. ii. mox. c. xviii. Oēs
q̄ huic seculo cogitatōne terrena p̄for
māt p oē qd agūt huic mūdo reliq̄re
sui noīs memoriā conāt. Alii bellorū
tūtilis. Alii edificiorū meib⁹ alt. Alii
disertus doctrinariū seculariū libris in
stanter elaborāt sibiq̄ mēorie uomen
edificāt. hec ille. Et q̄ fatue autes hoc
fiat ostēdit paulo p⁹ subdēs q̄nilibet i
de quisq̄ p faciēda gl̄ia sui noīs labo
ravit mēoriā suā q̄si cinerē posuit. q̄
hāc citi⁹ vēt⁹ mortalitatē rapit. ⁊ ep̄ de
iustus dī. In mēoria et̄na erit iust⁹. Cō
tra tales q̄ sic nimis appciāt t̄q̄ sūmū
negociū fame gl̄iaz et noīs celebra
tē. Arguit bocca⁹ de cōso. li. ii. p̄sa. vii
de clarās fame v̄itatē p q̄q̄ rōes. p̄
ex t̄reni spaciū punitate sic. Tota t̄ra n̄
h̄z nisi rōez vni⁹ p̄nti respectu celi sic
pbat ptholome⁹i sua almagesti di. i. c

ix. Et alphorabi⁹ de differētis astroꝝ
differētia. iiii. S̄z de sup̄ficie t̄re tm̄ q̄r
ta ps ē lūtabilis nec t̄n illa tota. Tū p̄p̄
ptes appropinquēs eq̄noxiali ex vna pte
vbi ē nimis calor. tū p̄p̄ ptes p̄p̄quas
polo artico ex pte boreali. vbi ē algor
⁊ frīg⁹. Quid igit⁹ magnū ē dato etiā
q̄ hō p totū mūdū q̄ n̄ ē nisi ps p̄nti
possit nomē suū diuulgare. Iob. xx.
Gaudiū ypocrite adiustat p̄nti. Scdo
sic. Impossibile ē q̄ diuulget nomen
suū vbiq̄ p mūdū ⁊ hoc p̄p̄ difficultatē
itineris ⁊ defectū cōcatis ⁊ vict⁹. q̄
non oēs hoies sibi uicē cōcāt. Tertio
q̄ dato q̄ possēt nō pcederet vbiq̄ ad
gl̄iaz q̄ illud q̄ vna gēs approbat ⁊ cō
mēdat alii deridet et dānat. Quarto
q̄ hoies noriēt ⁊ memoria noīs tu
pibit. Vñ licet q̄s h̄z mō mēoria fide
lis fabrici uel cathois uel bruti. iacent
vtiq̄ noīa eorū in pauculis lris nec cū
legi⁹ lras p literas habēt notitiā p̄sa
rū. Quito sic. Ille q̄ intēdit uiuere i no
mie suo i mēoriis hoīz. facit sibi duas
mortes. vna corpori et aliā postea sui
noīs q̄a necessario a mēoriis hoīz ca
det. Ad itēz adducit duas rōcs. li. iii
p̄sa. viii. Prio sic qd falsa opione pro
ferē nō debz eē de iure magni pōderi
apud hoīez. sed pleriq̄ nomē suū vtil
gi opionib⁹ obtulerūt. ḡ Secūdo sic illd
qd falso iudicio. dat⁹. vel si vero iuditō
deē nō diu p̄senerat nō debz eē ma
gni pōderis apud aīz v̄nosi hoīs. s̄z fa
uor p̄p̄ari n̄q̄ p̄ueit fm boni iudiciū
vel si prouēiat s̄z boni iudiciū nō diu
p̄senerat in vno. s̄z qd isti plac̄ alteri
displicz. ḡ favor p̄pli nō d̄z hoīez mul
tū mouere. p̄s ḡ v̄itas hoīz q̄ uomen
sui ambiciose magnificāt ad oñtatio
nē. Et de talib⁹ ueni⁹ scriptū. gen. xi.
de filiis noe post diluuiū. q̄ dixerūt ce
lebrem⁹ uomē nostrū aīq̄ didamur i

vinerfas terras et ceperunt edifica-
 re turrim cuiusculmē attigeret ad celū
 Et qđ accidit? Certe volebāt sibi face-
 re nomē honoris. z fecerūt sibi nomen
 p̄fusiōis. Et idcirco vocatū ē nomē ei⁹
 babel. i. p̄fusio. De talib⁹ etiā hēm⁹ ex
 eplā. i. machabe. v. qđ ioseph⁹ et azari-
 as p̄ncipes iudeorū dixerūt. Faciam⁹
 et ipsi nob̄ nomē z eam⁹ pugnare con-
 tra gētes. Et seq̄t. Et ceciderūt illa die
 de pp̄lo ad dno milia viroꝝ. Secū-
 do sūt aliq̄ scādaloſe nomē sinūvilifi-
 cāt. nomē sinū negligēt asp̄nāt. hui⁹
 modi sunt isti notorii pctōres qđ p̄dita
 vēcūdiā igerūt aliis exēplū maleviuē
 di et peccāt sū freno. et isti p̄p̄e loquē-
 do scādali sāt ecclīaz dei. p̄bētes ifirmif
 occōnē peccādi z ruine puerſo exēplo
 Naturale ē enī hoi cū sit aial politicū
 p̄formare seniorib⁹ eorū cū qb⁹ cōner-
 ſat z vinit. Vñ de talib⁹ p̄grit iacob⁹
 in ca. sua. c. ii. Nōne ipsi blasphemant
 nomē bonū qđ inocatū ē s̄x vos bonū
 enim nomē qđ vocatū ē sup̄vos est no-
 mē iesu xpi Tertio sūt aliq̄ qđ nomē
 sinūvirtuose dignificāt ad edificatōez
 et sūt tales qđ honeste z laudabilit̄ i ex-
 teriore hoie p̄uersāf. dātes aliis sanc-
 tū exemplū inēdi. de quorū q̄libz pōt
 dici illud. Hester ix. Fama nois eius
 crescebat q̄tidie B Nota qđ est de
 fama hois sicut de paratura p̄irivī po-
 mi. illa paratura si deleatur a ponto
 paucū valet. et qñ tamē ē cū pomō bñ
 p̄seruat pomū. et qñ auferē pomū sta-
 tū corrupit. Isto mō ē de fama q̄dū
 hō hz famā itegrā. cohibet et p̄ſuat p̄
 eā a mulā pctis. Sz reuera p̄dita fama
 hois vnum de maxis refrenat̄ a pctō
 ē p̄dituz. z ex tunc p̄ſoā putrefcit cō-
 tinie sicut pomūz putrefcit cortice de-
 nudatuz. puer. x. Mēoria iusti cū lau-

dibus et nomē impioꝝ putrefcet No-
 ta qđ iter illud qđ scribit̄ i celatura do-
 in⁹. et illā qđ scribit̄ i panimēto maḡ
 dīna ē. qđ illā qđ scribit̄ i panimēto d̄
 terra p̄culcat̄ z delet̄ de facili s̄f̄r non
 pōt videri nisi a paucis et nō ab oib⁹ qđ
 sūt i domo. qđ at̄ i celatura scribit̄ ab
 oib⁹ s̄f̄r videri p̄t. Morali celatura nū-
 di ē celū z panimētū ē tra. i hoc pan-
 imēto hoies mūdani q̄z q̄libz p̄t dice
 Adhesit panimēto aiā mea] scribunt
 noīa sua z perpetuare conāt̄. in x̄ illā
 p̄s. vocant̄ noīa sua in tris suis. Et
 ihere. xvii. Recedētes a te i tra scribē-
 tur Et certe dupliciē fraudāt ab intē-
 tione sua. Tū qđ pauci legūt fantā no-
 mīs eorū gavicini et p̄tēporanei eorū
 tum qđ illi qđ p̄cessēt et multi qđ succe-
 dēt nihil sciēt de eis. Item ex alia par-
 te histrones et diuites z raptōres qb⁹
 dederunt bona sua vt multiplicarent
 nomen eorum morientur et per con-
 sequens nomen eorum delebitur. In
 psalmo. Nomen eorum delebit in et-
 num et in seculum seculi. Sed viri san-
 cti scribūt noīa eorū i celatura mūdā
 hoc ē in celovbi ē libervite. et sicut ce-
 lū ē incorruptibile ita nomē indelebi-
 le. Apoc. iii. Nōn delebo nomē ei⁹ de
 librovite. vñ ab oib⁹ videbit̄ in die iu-
 dicii et iō signāt d̄ lu. x. Gandete et
 exultate qđ noīa v̄ra sc̄pta sūt i cel. Fi-
 gura ē ad s̄ qđ xps narrās historiaz de
 lazaro z diuite. lu. xvi. Nom̄ diuidū no-
 hnt mēorari isignū qđ fuit deletū. i p̄s
 Nec mēor ero noīz eorū per labia me-
 a. nom̄ at̄ pauperū signē exp̄ssit. Eccl.
 xv. Nomine et nō hereditant illum
 b Tertio notādum qđ nomē cuiusli-
 bet virtuosū tria debet habere. videlicet
 honorem honestatis. tenorem verita-
 tis et fauorem p̄ctatis. Primovt
 e. ii.

fama quare dicitur pomum

fama nra sit honesta ⁊ mda. Scdo q
sit vera et q nomē cordat cū re iuxta
illud ps. fm nomē tuū sit et laus tua:
sed timēdū ē q multi magnū nomen
habēt et nihil de re. uno habēt noia p
antifrasim sic bos niger vocat agn⁹ ⁊
sicut qdā appellat⁹ pastores ⁊ sūt lupi
di spēsatores appellat⁹ ⁊ sūt dissipato
res. appellat⁹ rectores ⁊ sūt destructo
res de quorū q̄libet dī. Apoc. iiii. No
mē hēs q̄ vivis et mortu⁹ es. Hi sunt
similes pomis q̄ nascunt⁹ iuxta mare
mortuū q̄ vsq̄ ad maturitatē sūt colo
ris honesti sed si ea matura icidas ni
hil int⁹ iuemes nisi cineres ⁊ fauillas:
ita qdā nomē hāt in statu ⁊ fama: s; si
intrinsec⁹ aperiant⁹ turpib⁹ ⁊ vilib⁹ ab
hoiatuomb⁹ sūt repleti. Vñ talis caret
tenore vitatis in noie suoz vificat⁹ de
eo qd scripsit qdā cleri⁹ de abbacia q̄
vocat vallis dei: cū cleri⁹ qdā fuisset
ibi exiliter hospitat⁹ sūmo mane re
cedēs scripsit hos v̄sus in porta. Val
lis dicta dei dom⁹ ē mire speciei. Ma
gnū nomē ei gratia multa rei. Ter
tio debet v̄tuosus pudere q̄ nomē su
um habeat favore pietat⁹ nā si fama
hois p̄sp̄sa sit crudelitatib⁹ ⁊ inimā ne
cessario erit odios⁹. ⁊ p̄ oppositū si fa
ma pietat⁹ de aliquo divulget⁹ fiet di
ligibilis vniuersis. Canti. p̄. Vngentū
effusū nomē tuū. ideo adolescētule id
est p̄sone p̄ficiētēs ⁊ honeste dilexerūt
te nimis. Dubitatio pōt eē Vtrū sit
hoi v̄tuosū negligere famā suaz. Qd
sic videt⁹ q̄ fama hois ē de bonis for
tune. sicut patz p̄ Boeciū. ii. ⁊. iiii. de cō
sola. s; bona fortunaalia videt⁹ eē v̄tuo
sum p̄tēnere. sic faciūt sci q̄ oia p̄pter
xp̄s̄ reliquūt. p̄ illud est cōtēndū
cū cōtēptus ducit ad p̄fectionē. s; ta
le est nomē vel fama. Vnde Math. v.

Beati eritis cū vos oderint. ⁊c. et eie
cerint nomē v̄rni tanq̄ malū ⁊c. ergo
infamia nomis facit beatū esse p̄p̄
ii. ad Corin. vi. In oib⁹ exhibeam⁹ nos
sicut dei ministros ⁊c. ⁊ ifra p̄ ifamiā ⁊
bonā famā Glo. Exhibeam⁹ nos deo
vt nec bōa estimatōe sup̄biam⁹ nec de
mala doleam⁹ ergo si nō debem⁹ do
lere de infamia nec debem⁹ curare de
fama. Ad oppositū dicit⁹. Eccī. xli.
Curā habe de bono noie. s; enī magis
p̄maebit tibi q̄ mille thesauri magni
⁊ p̄ciosi. Et p̄uer. xxii. Mel⁹ ē nomē
bonū q̄ diuīte m̄lte. Respōsio q̄ si
cut dicit Aug. de cōi vita clericorū. Et
allegat⁹. xi. q. iiii. nō sūt audiēdi. Et. xii
q. p̄. Nolo. Due res sūt p̄scia et fama.
Cōsciētia est nobis necessaria propter
nos fama p̄pter p̄ximos. et ideo cōtē
uere propriā famā p̄tū mortale est.
et negligere est p̄ctm vel veniale vel
mortale scdm q̄ negligētia est maior
vel minor. Cū ratio est q̄a est dire
cte cōtra caritatē cui⁹ est proximū edi
ficare per bonā edificationē vel bonā
p̄uer sationē. Vnde ois hō triplex te
stimonii tenet h̄c. videlz a sup̄iore.
ab interiore ab exteriorē A sup̄iore
scz a deo. ad Roma. viii. Ip̄e aut̄ sp̄s
testimoniū reddit spiritui n̄ro q̄ sum⁹
filii dei. Ab interiore scz p̄scia n̄ra. ii.
ad Corin. i. Gloria nostra hec est testi
monii cōscie nostre. Ab exteriorē scz
proxio. p̄me ad Thimo. iiii. Oportz at̄
scōs testimoniū h̄c ab his qui foris sūt.
Duo p̄ma testimonia necessaria sunt ad
salutē. Tertū est vtile. tamē siue hoc
est salus. Ad p̄mū dico q̄ bona for
tunaalia nō sūt uegligēda nisi pro q̄to
dant impediētū v̄tuti. Bona aut̄ fa
ma nō impedit sed magis promouet
ad virtutē. amor tamē siue cupiditas

bone fame pōt esse nimia. sic amor
cibi vel potus vel vestis quibus utrumque sit
necessarium ad vitam. Ad secundum dicendum
quod benedictio illius beatitudinis refertur
ad patientiam infamie iniuste illate. non
autem ad negligentiam bone fame. sicut si
oculi hominis eruerentur propter christum laudabi-
lis esset patientia. et tamen negligentia pa-
tiendi vel custodiendi oculum in nullo de-
bet promereri. imo iste terminus negligentie
transgressus importat defectum virtutis. unde
in nulla materia est negligentia bona.
Ad tertium dicendum quod glossa vult dicere
quod de infamia de nobis iniuste suscita-
ta non dolere debemus sed patienter susti-
nere. nullo tamen modo occidendo dare de-
bemus quod de nobis fama mala iuste va-
leat suscitari. **LEC. XIX**

v **M**bre transitus est tempus nostrum
et non est reuersio finis nostri quoniam
signata est et nemo reuertitur. In parte
precedenti proposita eterna conclusio probanda
secundum opinionem impiorum et est
conclusio ista quod totum genus humanum
annihilabitur: destruetur et peribit: non solum
secundum rem sed etiam secundum nomen et me-
moriam aliorum ita quod nec homo erit in re nec
in opinione. Posita autem hac opinio
in lectione hodierna subiungitur eis pro-
batio que talis est. Inter omnia que sen-
su distinguimus illud quod minus inmanet
memorie nostre est umbra corporis
moti continue nam talis umbra con-
tinue variatur. sed vita nostra est simi-
lis pro omnia tali umbra. ergo omnino neces-
se est quod eius memoria omnino deleatur.
Posset ad questionem responderi quod hoc peat
memoria istorum hominum pro certo tempore
alias tamen renouabitur per corporis re-
surrectionem. Et ideo hanc rationem conse-
quetur impii excludunt per modum istum
Illud quod est prohibitum et quasi per con-

signatione nature firmatum. non potest mu-
tari: quia cursus nature est immutabilis in
hoc quod a priuatione inhabitum impossi-
bilis et regressio. sed reuersio pro morte
quod est finis non est a natura prohibita et
quasi per signatione nature firmata:
quia natura uoluit istum modum produci-
di vel reparandi homines quod eos de morte
reducatur ad vitam. sed cursus vite nostre
est talis quod de non esse producat ad esse et
iterum pro vitam ad non esse ducit pro morte
et de isto gradu nunquam reducat per natu-
ram ad esse: et hec est sententia sancte. **A** Circa
ista lectionem quero ista questionem. **U**trum
resurrectio omnium generaliter sit futura:
excepto tamen a titulo questionis christi et
sua matre benedicta de qua pie credit ec-
clesia quod sit in ea resurrectio completa
Et arguo ad questionem quod non: primo per il-
lud dan. xii. Multi de his qui dormie-
runt in puluere terre euigilabunt. Ista lo-
cutio partitionem quodammodo importat. ergo non
omnes resurgent. Item in psalmo. Non resurgent
impium in iudicio sed omnes qui resurgent
ad iudicium resurgent. ergo impium non resur-
get. Item iob. xiiii. Homo cum dormierit non
resurget donec atteratur celum. sed hoc non
quod erit. Item illi qui cum christo resur-
gunt resurrexerunt simul cum christo. ascen-
derunt in corpore et anima. ergo in eis est
resurrectio completa. **A**ns patet per ra-
banum et habetur in glossa communi **Q**ui
resurgente domino resurrexerunt a mortui-
s etiam ascendent ad celos simul vel ascendent
se credendi fides accommodata est qui
eos postea reuersuros in cinerem ac de-
novo in monumentis (qui triduo pate-
facti sunt ab eis quibus paulo ante apparue-
runt uiui) more mortuorum putant esse con-
uersos. hec ille. Item si iterum moriebantur
cum anima non separarentur a corpore secundum penam

bis passi sūt penā mortis. sed hoc est i-
uisti: q̄ ad hebreos. ix. Statutū ē hoī
b² semel mori et p̄ p̄ns p̄vnā mortem
ē debitū pene solutū. Itē ipsi resurrex-
erūt et esset socii ⁊ testes resurrectionis
xpi. sed xps resurgēs ex mortuis iam
nō moriē: quia ei⁹ resurrectio fuit ad
vitā eternā. ergo et eorū cōsimiliē ali-
as nō erant testes sufficiētes per totū.
Ad oppositū sūt verba saluatoris. Io.
v. Oēs q̄ in momētis sūt audiet vo-
cē filii dei et qui audierūt uiuēt. Itē. p.
ad cori. xv. Omnes qdē resurgemus.
Itē ait ap̄ls ad ro. v. q̄ si pcti ⁊ mors
pertrāsūt i oēs hoīes peruūi siue p̄p̄
culpā originalē ergo multo magis re-
surrectio ad vitā dabitur a xpo i oīs
hoīes. Ad istā q̄onē siue scrupulo ē di-
cēdū q̄ sic. sicut enāgelii et aplica do-
ctrina testat̄ tā i locis. ad oppositū alle-
gatis q̄ in multis aliis. Rationē istius
resurrectionis assignat sc̄tus thomas
super. iiii. sūiaz. dis. xliii. ar. i. et. ii. ta-
lē. Oēs hoīes appetūt b̄titudinē. Iste
appetit⁹ nō cōplet̄ in vita ista nec in vi-
ta alia pōt̄ ipleri i sola aīa ergo neces-
se ē q̄ p̄pleat̄ i uita alia vbi aīa corpo-
ri sit cōiuncta. Sed cū doctor̄ reuerētia
hec rō nihil facit p̄ resurrectiōe dāna
toꝝ iū q̄b⁹ oportet cōcedere. q̄ appeti-
t⁹ beatitudinis frustrabit̄ in et̄nā. Et iō
alii assignāt aliā rōem sicut richard⁹ de
mediavilla dis. p̄allegata. q̄ est tal. Nī
la naturalis inclinatio ē frustra s̄ oīs
aīa rōalis h̄z naturalem. inclinatioem
ad regēdū et gubernādū corp⁹. ergo
oīs aīa rōalis corpori uiuet̄. Sed nec i-
stā rō cogit intellectū ad ascēsu q̄a na-
tural inclinatio uolūtatis oīm hoīm ē
ad b̄uuiēdū. s̄m aug⁹. xiiii. de trinita-
te et in mult̄ aliis locis. et tamē p̄stat
s̄m fidē q̄ appetitus frustrabit̄ in ml⁹

tis. quia multi sūt uocati. pauci uo ele-
cti. et iō tenendū ē q̄ sic. q̄a hoc sonat
sac̄ scriptura exp̄sse. h̄ etiā ē sc̄is prib⁹
uelatū: q̄q̄ istū miraculū declarati iē q̄
ē ill d. vii. dormiētib⁹. vt p̄3 i legēda
sc̄oꝝ. Ad primā potest dici q̄ ad lit-
terā auctoritas pōt̄ exponi de p̄teris
dānatus i libo. q̄a illi proprie nō euigi-
labūt. q̄a cū uigilia sit p̄prie resolutō ⁊
v̄sus sensuū. et ipsi nō resurgēt ad sen-
tiendū penā uel gloriā. Iō pōt̄ h̄ multi
tenuer̄ ibidē partitū. Aliter exponit
aug⁹. multi. i. oēs. Sic enim loq̄ scri-
ptura frequēt̄. Ad sc̄am dicēdū q̄ i
pii nō resurgemtu i iudicio id est ad iū-
dicādū sicut sancti iudicēt sed resur-
gēt̄ iudicēt̄. Ad tertiu⁹ sensus ē dō
nec atterat̄ celi id ē donec a celo p̄ ge-
tē auferat̄ montes. per quē quidē mo-
tū celū causat generationē et corrupti-
onē in istis inferiorib⁹. Ad quartū
q̄a est de illis resurgētib⁹ cū xpo ⁊c̄
Primo vidēdū est quid dicat. Iheroni-
m⁹. postea qd̄ magis i historiis. 3⁹ qd̄
fētiat aug⁹. De p̄mo Iheronim⁹ i sero-
nē. Cogitis me o paula. ⁊c̄ dicit sic. q̄s
cum domio resurrexisset legim⁹ vtrūq̄
redierūt i puluerē certū nō habem⁹
mel⁹ ē deo totū cōmittere q̄ aliqd̄ te-
mere diffinire et hec sūia mibi plac̄
Eadē est sententia magistri in histori-
is super euāgelii. Recitat tamē q̄ q̄
dam opināē q̄ aliqui de illis qui cū
christo resurrexerunt sepulta sūt i ihe-
rusalē. Sententiā uo beati aug. de mi-
rabilib⁹ diuine scripture. plane diffi-
nit q̄ iterū mortui sūt. ix. ⁊c̄ et est pro-
pe finē libri. Sicut enī iū resuscitatis
mortuis similitudo tantū nō mors cō-
tinua fieri ceruēt̄. ita et iū simili-
tudo resurrectionis nō ipsa resurrectio
ostēdit̄ de cōtinua enī morte null⁹ ad

vitam individuan nisi dominus vsq
 in die nouissimi reuertitur. Vñ dicē
 dū est firmētē arguſtini q̄ apparēt p
 babile in hac parte q̄ illi qui cū chri
 ſto surrexerunt iterū mortui sūt quo
 rū corpora iterum ad mouemētā re
 uertebāt nā exverisimile ē q̄ inter e
 os fuisse debebat sancti patres. moy
 ses et dauid et quidā alii quorū fidē
 maximā cōmendat ap̄ls ad hebre. xi
 et in fine subiungit. Hi omnes testio
 nio fidei probati inuētū sūt nō accepe
 rūt repromissionē: deo pro nobis ali
 quid meli⁹ p̄ndete ne sine nobis con
 ſumarēt. Et hec ratio mouet aug. ad
 sic dicendū. Ad rabanū dicit q̄ nō be
 ne cōsiderant ap̄lm nec aug. qui satis
 eū precessit Ad quintū vero cōstat
 q̄ moriebantur. sicut de iohē emman
 gelista dicitur q̄ dolore in moriendo
 nō sensit Vñ non sequit q̄ si iterū mo
 riebāt: moriebāt cum penam senti
 rēt etiā penam. potēs ē enim de⁹ et cū
 statuto p̄i disp̄sare et eis p̄ pena glo
 ria recop̄sare Ad sextum dicēduz
 q̄ surrexerunt p̄ testimonio resurrectioni
 phibēdo absolute et non q̄tū ad
 omnes resurrectionis circūstantias.
 a Vmbre transitus Notandū q̄
 vita irāvalde cōuenienter vmbre cō
 paratur. Est enī in vmbra idigētia lu
 minis. assistētia frigoris. et apparen
 tiā corporū. Prōdico q̄ in vmbra ē idigē
 tiā lūis q̄ in vmbra ē lūmē dimiūtū
 Isto modo licet in ista vita sit aliud lu
 mē cognitionis naturalis et etiā fidei
 de deo. ista tamē p̄gnitō n̄ est nisi vmbra
 respectu illi⁹ p̄gnitōnis ⁊ scie quā
 sum⁹ patria bituri. Sic ei⁹ ex ātīqua
 vmbra fuit fidei q̄ nūc ē. ad hebre. x.
 Ita fides moderna nō ē nisi vmbra re
 spectu: titie beatorū cū q̄dā desiderii

o b̄itudis. Cāti. ii. Subvmbra illi⁹ quā
 desiderabā fedi. Ista āt vmbra fidei et
 noticia scripturarū tāte ē virtutē q̄ pur
 gat mētē ab īfirmitatib⁹ n̄ ē auiciū et
 pctis. In cui⁹ figurā legi⁹ act. v. Quod
 vmbra petri sanauit īfirmos Virtute
 etiā ūbre fidei xp̄s spūali⁹ p̄cipi⁹ sic se
 cit v̄go b̄ndēā caritatē. Liu. i. Sp̄s sc̄is
 fr̄neiet i te ⁊ v̄t altissimi obumbrabit
 tibi. Sc̄do vita p̄ns p̄pat vmbre p̄p̄t
 assistētā frigori. Est enī frigidit⁹ in vmbra
 q̄ extra. Isto mō i p̄ntivita est tor
 por ⁊ carētia caritatē. et sicut vmbre sūt
 lōgiores et frigidiores v̄sus vesp̄ā q̄ i
 meridie ita defect⁹ caritatē cordū hu
 manorū v̄sus finē mūdi argebūt q̄to
 niā sup̄abūdabit iniquitas īfrigesct ca
 ritas. math. xxiiii. Et iherc. vi. Vēvō
 bis qm̄ declinauit dies et lōgiores fac
 te sūt vmbre vespere. Tertio cōpat
 vita nostrā vmbre. In vmbra ei⁹ est ap
 parentia corū poris et non ex̄ntia itā in
 p̄nti vita ē apparentia soliditatē in di
 uinitis dignitatē ⁊ honorib⁹ ⁊ nō ex
 istentia. promittūt satietatē et affest
 egestatem. pmittunt beatitudinē ⁊ af
 ferunt sollicitudinē. et ideo mētūtur
 nobis iste vmbre et nos fallūt. Eccia
 stici. xxxiiii. in principio. Quasi q̄ ap
 prendit vmbra et persequitur vētū
 sic q̄ attendit ad v̄sa mēdatia. Et sicut
 videtis quādo homo habet solem pre
 oculis et ante faciem suā tūc picit vmbra
 a tergo. qm̄ aut sol est a tergo tūc
 habet vmbra suā ante ⁊ corā ocul⁹ suis
 ita q̄ sol ⁊ vmbra non cōpatiunt se ex
 vna parte. Isto mō ē moralit de dele
 ctationib⁹ sp̄ali⁹ hui⁹ vite que sūt q̄
 vmbra et de sole iustitie q̄ est xp̄s. naz
 ille q̄ habet xp̄m corāz ocul⁹ cordis sui
 p̄ntē illuminatē p̄ fidē et īstāmantē
 p̄ amorē. talis īndubitatē p̄rociat vmbra
 e. iiii.

Vita nra vmbre p̄paratur

brā a tergo id est respuit et p̄ternit ⁊
p̄cipēdit illecebras hui⁹ vite. sed certe
hoies mūdani q̄ xp̄s tradiderūt obli-
uioni et piecerūt. ipsi hñt v̄mbra in
p̄spectu suo. ⁊ q̄to xp̄s magis distat et
elōgat̄ ab eis. tāto eis v̄mbra vanitat̄
mundane maior apparet cū nihil sit.

Causa gr̄e luna eclipsat̄ in v̄tate ē
q̄a itrat v̄mbra tr̄e. sol vero nūq̄ itrat
v̄mbra tr̄e ideo nūq̄ eclipsat̄ realit̄ sed
apparēter tñ. sic hoies f̄uientes mūdo
imergūt se vanitati mūdane. ideo ne-
cesse est vt̄ puenē hñe gr̄e p̄ p̄ctm̄ mor-
tale. Iob. iiii. Obscurent enī tenebre et
v̄mbra mortis. **LECTIO. XX.**

Enite ergo ⁊ fruamur bonis que
sunt et vtamur creatura tanq̄ in
innētute celerit̄ Posita sp̄ioꝝ erro-
nea opiniōe. Hic p̄sequēter agit̄ de eo
rūviciosa cōuersatōe. Quales enī opi-
niones hñt hoies in moralib⁹ tales s̄t
electōes cor̄ in moribus. Electio enī
sequit̄ p̄ cōsiliationē. vt patz. iiii. Ethī-
ca. vi. et. vii. ⁊ ideo iniquū cōsiliū ⁊ su-
per falsis p̄ncipiis fūdātū seu radicātū
sequit̄ viciosa electio et p̄uersa ⁊ ideo
in pte ista ponit̄ cōclusio totū negocii
p̄cedētis. et est practica et valde mala
fm̄ quā ip̄ii ducūt vitā snā. Et est ista
cōclusio vna cōspiratiua cōuocatio fm̄
quā ip̄ii alliciūt et inuitāt se inuicē ad
peccādū. Et diuidit̄ ista p̄clusio in ml-
tas ptes. q̄a est vna copulatiua ex ml-
tis p̄tib⁹ aggregata. Vñ p̄mo animāt
seip̄os ad p̄ctā lasciuie corporalis. Sc̄do
ad p̄ctā in iusticie ḡnālis. ibi. opprima-
mus. Circa p̄mū tria faciūt Primo
se exhortant̄ ad peccādū in ḡne. Sc̄do
materiā delectatōnū emmerāt̄ i ducti-
ue. ibi. vino p̄cioso Tertio q̄ hoc expe-
diat̄ cōfirmāt̄ rōe. ibi. qm̄ hec ē ps n̄ra
A Dicūt ḡ p̄mo sic. Venite ḡ ⁊ fru-

amur bonis q̄ sūt ip̄si dicerent. ex quo
sic est q̄ nō restat hoī post hāc vitā nec
pena nec p̄miū s̄z oīs hō p̄ suo p̄petuo
corrūpit̄ in morte sicut fm̄ eos sup̄i⁹
est p̄batū. ergo venite id est socialiter
et a pari cōueniam⁹ ⁊ fruamur bonis
que sūt id est istis bonis t̄palib⁹ q̄a alia
sp̄are nō possum⁹ post hāc vitā et vta-
mur sicut nobis placet creatura. 1. om̄i
re creata tanq̄ in innētute. id est tēpe-
stine et sine freno auide et voluptio-
se et hoc celeriter id ē statī q̄a t̄ps bre-
ue est. Hec est cōclusio. cū nō sit p̄miū
post hāc vitā p̄ bonis opib⁹ nec pena p̄
malis. indulgēdū est oī ei q̄d in hac vi-
ta delectat. De ista cōclusionē p̄mo
vidēdū est de cōsequētia et sine dubio
videt̄ bona et satis cōsulte ⁊ prudentē
illata. q̄a si in hac vita tñ sperātes esse-
mus misfabiliores oīb⁹ bushoīb⁹ essem⁹.
vel sum⁹ sicut dicit̄ ap̄s. i. ad Cor. xv.
Vñ dato q̄ nō foret p̄ca futura vel p̄-
miū nō video qm̄ fruēdū eēt illecebris
et delectatōib⁹ hui⁹ vite. s̄z si aūs ē fal-
sū et datovno incōueniēti ml̄ta sequit̄.
tur sicut dicit̄ Aris. p̄. phisī. S̄z q̄a ista
tuati fuerūt in aīcedēte ill⁹ p̄sequētie
viz aīe ip̄onēdo huāne mortalitatē iō
ml̄ta incōueniētia p̄cesserūt et est illa
ps cōclusiōis plena fatuitatib⁹. Pri-
mo in hoc q̄ dicūt q̄ debeam⁹ frui tē-
poralib⁹. Nā sicut dicit̄ aug. p̄. de doct̄
na xp̄i. c. vii. Ille res qb⁹ fruiēdū ē nos
btōs faciūt qd̄ nō possūt facere t̄palia
Sc̄do q̄a fruēdo ē iherere alicui rei
p̄p̄t seip̄s s̄z oē t̄pale factū ē p̄p̄t aliā
s̄z p̄p̄t deū p̄ner. xvi. Vniuersa p̄pter
seip̄sū opat⁹ est d̄s. Fatue ergo dicūt
Fruamur bonis q̄ sūt s̄z t̄paliter ⁊ nō
p̄manēter. Et tñ hec p̄sequēnt̄ aliquo-
rū maloz̄ hoīz̄ snā ē. hic scim⁹ qd̄ ha-
bem⁹. nescim⁹ qd̄ habebim⁹ in futuro

et ideo ducam⁹ letos dies. Tertio fatue dicūt q̄a imediate post p̄mā ppo-
 sitionē cōcessā cōcedūt eis cōtrariā q̄n
 dicūt. Vt amur creatura Nā vti ē ali-
 quid diligēdo referre in deū sicut i fi-
 nē. et ideo nullo modo stat q̄ hō eadē
 re simul vtat⁹ fruaf⁹: sicut patz p̄. sētē.
 dist. p̄. Vñ in h̄ q̄ dicūt respectu eius-
 dē fruamur et vtamur dicūt cōtradi-
 ctionē iplicite Quarto fatue loquū-
 tur i hoc q̄ se detininat a iuuētute ta-
 libus mācipare. q̄a hoc nihil aliud est
 nisi in pctis p̄senerare. Cū⁹ ratio est
 q̄a illud q̄d hō assuescit in iuuētute n̄
 p̄t faciliē deserere. et ideo dicit Aris.
 ii. Ethī. q̄ nō parū differt sic vel sic ex
 iuuētute cōfestū assuesfieri. Et cōmēta-
 tor sup plogū. iii. phisicorū. Cōsuetu-
 do hēt maximā vim que a iuuētute cō-
 trahit. Et puer. xxi. Adlescēs iuxta
 viā suā etiā cū semuerit nō recedit ab
 ea. Vñ cōclusio eorū plena ē fatiutate
 a Sup istā litterā p̄t eē dubiū Vtz
 homo ex caritate teneat⁹ plus diligē
 deū q̄ seipsū. Q̄d nō videt. q̄a diligit
 se q̄tū p̄t. q̄ nō p̄t deū plus diligere
 q̄ se. ergo ad hoc nō tenet. Q̄d aut hō
 diligit se q̄tūz p̄t patet quia diligit se
 naturalit̄. sed natura agit fm vltimū
 potētie sue. q̄a natura nō agit libere.
 ergo si diligit se naturalit̄ diligit se q̄-
 tū p̄t. Preterea. Illā q̄d ē rō diligēdi
 alterū plus diligit illo altero. q̄a vñ
 qd̄q̄ p̄t qd̄ et illud magis. p̄mo poste-
 riorū. Sed ratio q̄re de⁹ debet ab ho-
 mine diligi est: q̄a est bonū suū p̄priū.
 q̄ diligit se magis. Pretea. ix. Ethī. c.
 iiii. Amicabilia q̄ sūt ad seips. Itē aug⁹
 x. p̄f. Quicūq̄ aliqd amat qd̄ n̄ p̄t
 te amat min⁹ te amat. s̄z q̄ amat deū
 p̄t bonū p̄priū min⁹ amat deū. ergo

cū amore dei statvsus dei Ad oppo-
 sitū est Aug. ii. de doct̄na xp̄iana. ca.
 vii. Te ipsū p̄t te non debes diligere
 vel amare sed p̄t ip̄m q̄ dilectōis tue
 rectissimus finis est. sed vnūqd̄q̄ p̄t
 qd̄c̄. q̄ tenet magis diligere deū q̄ se
 ip̄m. Ad q̄stionē dicēdū q̄ sic. Ratio ē
 q̄a de⁹ ē btitudo nō solū pp̄ria vnū⁹ ho-
 minis sed qd̄dā toti⁹ cōitad ip̄i⁹ et ideo
 diligi debet p̄t se tm̄ et p̄ cōseq̄ns ma-
 xime Prop̄t rōes est notādū q̄ dile-
 ctio q̄ hō diligit aliqd̄ p̄fat⁹ ex duob⁹
 Ex feruore seu intētiōe actus et ex q̄li-
 tate boni voliti illius quē diligit. q̄n q̄
 dicit q̄ homo tenet diligere deū plus
 q̄ se. nō hēt h̄ itelligi de intētiōe vel fer-
 uore act⁹ sed de q̄tate boni voliti. nā
 debeo deo velle summū hōrē et sūmā
 btitudinē nō autē hoc mihi. Aliud est
 q̄ in hoīe ē duplex dilectio Natural⁹ q̄
 nō elicit libere avolūtate sed natura-
 liter. et est semp in volūtate. Alia est
 rationalis cōse quēs rationē et de hac
 dilectōe habet itelligi q̄stio. et nō p̄ma
 per hoc ad rōes Ad p̄mā minor ne-
 gat⁹ et ē falsa. p̄fado dilectio nē ex bo-
 no volito et loquēdo de dilectōe ratio-
 nali. Vñ plus boni posset homovelle
 sibi q̄ facit si rationalit̄ diligit se. nā
 posset appetere bonū infinitū. Ratio
 vero concludit de dilectōe naturali.
 Ad scd̄z minor negat⁹. nō eī qui ra-
 tionabiliter diligit. deū diligit p̄cipue
 q̄a bonū suū p̄priū s̄z q̄a bonū cōmu-
 ne est toti⁹ vnuerſi. Ad tertiū itel-
 ligēdū est illud de bonis q̄ sūt bona p-
 ticulariaz nō de illo qd̄ est bonū oim.
 Ad q̄rtum dicēdum q̄ peccās mor-
 taliter deum amat non tamē vtiōse.
 q̄a vult eum esse deū sed nō sic amat
 deum q̄ seruat ei⁹ p̄cepta. nec oīs qui
 amat deum ē in caritate. q̄a q̄ diligit

quæstio

deū n̄ pp̄ se amat deū et tamē peccat mortalit̄. Venite ergo ⁊ fruamur bonis in actu siue belli siue pacis gerēde. Ratio dicit multū uinat q̄a fm̄ uerba sua et cōsilia tot⁹ exercit⁹ regu- laf ⁊ ideo oīs ductor sibi p̄uidet de ali- quo imitatorio suis cōp̄licib⁹ faciendo.

B Quaduplex igit̄ imitatoriū inue- mo in scriptura sacra a quātor ḡnibus cantōy cantatū. Primū cātāt voluptu- osi. Scđz maliciosi. Tertiū ambiciosi. et Quartū sc̄i ⁊ religiosi. Et tres p̄mi cātāt in choro diaboli. Et q̄rti solūmō in choro xp̄i. Imitatoriū voluptuoso- rū ponit̄ ibi. Venite fruamur ⁊c. q̄n sic est q̄ hō intrat ecc̄l̄az cathedralē ut audiāt matutinas de aliquo sc̄o statū p̄ imitatoriū p̄t discernere in q̄ta veneratione sc̄us ille habet̄ ibidē. q̄a in fe- rialiū dieb⁹ sufficit tātūm⁹ ⁊ q̄to festū celebrat̄ solēn⁹. tāto plures imitator- io deputant̄. Moralit̄. Inter nos in uita p̄nti dū mlti colūt̄ Ad corin. viii. Siquidē dñi mlti et dñi mlti. mūdus. caro. demonia. deus. Videam⁹ ergo. q̄s istōy habeat̄ in choro plures ad cā- tandū imitatoriū et inueniem⁹ q̄ deus habet̄ pauciores. Oēs alii habēt imi- tatores in magna copia Si loq̄mur de mūdō. Nōne senes et iuuenes et pne- ri a curabunt̄ suis extracti statū alliciūt̄ statim iuant̄ et auant̄ ad colēduz mūdū. iste ut fiat mercator. iste ut fiat miles. alius ut fiat diues rector. Et sic de aliis q̄ oēs uia uoce dicūt Venitez fruamur bonis q̄ sūt ⁊ sic illi q̄ sūt magis vicini estorib⁹ magis excitant̄ ad- cantādū. ita hoibus accidit qui famili- ariter magis tractant̄ cū mūdialib⁹ uel carnalib⁹ q̄ nullo modo possūt enadē quin eis in morib⁹ conforment̄. Vñ ysidor⁹. iiii. de sūmo bono Rariū est in

quit ut q̄q̄s inter seculi voluptates po- situs. a vicis maneat illibat⁹. in qb⁹ ⁊ si nō cito ip̄l̄ces. aliqui tamē attrahit̄ necdñi p̄t eē secur⁹ q̄ p̄clo fuerit p- ximus. Quot sūt q̄ his dieb⁹ iuant̄ hoies ad mūdū p̄tēptū. ad pp̄ria relin- quēdu. ac se. p̄ suis pctis totalit̄ cōtēnē- dū. Certē vel nulli. vel pauci ymo tā- tus strepit⁹ est cantōy mūdū. q̄ illi qui dicunt̄ imitatoriū cr̄isti uix in aliq̄ p̄nt̄ audiri. Scđz imitatoriū cantāt mali- ciosi ut scribit̄. Ihere. xviii. Venite cogitem⁹ p̄tra. Iheremiā cogitatōes. nō enī p̄bit lex a sacerdote. neq̄ p̄siliū a sapiēte neq̄ sermo a p̄pheta. Et nota te quales hoies maliciosi ponūt p̄ pte sua uidelz sacerdotes sapiētes ⁊ p̄phas Sacerdotes sunt magni plati moralit̄ sapiētes iusticiariū. p̄phete sūt religio- si. Et nūq̄ uidebit̄ i reip̄blica magnā iniusticiā seu maliciā fieri. nisi uel ab oī- bus istis. uel ab aliquo istorū p̄cedat. Vñ istū tres p̄fecte cātant imitatoriū malicioforū. et isti sciūt facere cōspi- rationē contra optimū hominē dicē- tes. illud Ihere. xviii. Venite partia- mus enī lingua ⁊ nō attēdam⁹ ad uin- uerfos sermones ei⁹ Percutere hoiez lingua. est p̄cludere eiuā respōdēdi ut nihil possit dicere pro seip̄o. Vel p- cutere hoiez lingua est falsū conspira- re falsū testimoniū cōtra hoiez phibē- Et nota q̄ isti maliciosi triplex ha- bent imitatoriū sepp̄riū. quō semuicē ad maliciā animat̄ et instigāt. Primo enī se colligūt ad conspirādū subtilit̄. dicentes illud. Ihere. xviii. Venite cogitem⁹ us contra Iheremiā cogitatio- nes. Secundo recolligūt se ad accusā- dum ciuilit̄ et sub iuris colore dicē- tes illud Ihere. xviii. p̄sequēt̄ Veni- te partiam⁹ eum lingua et non atten-

Nota

De imitandis hominibus ad alium dei

CA. II

LEC. XX.

damus ad vn̄eros sermones eius. Tertio Recolligūt se ad occidēdū hostiliter. dicētes illud. Math. xxi. Venite et occidam⁹ eū et n̄ra erit hereditas. Et hec est cōclusio in alicie vltima

a materiā. Et ideo q̄ aīa incorrupti
bilis ⁊ p̄fecte cōtinebit corp⁹ suū. nul
lomodō poterit victoria aīe sup̄ dimi
nui. Sec⁹ autē fuit in statu inocētie quā
do licet aīa p̄fectū habebat dominiū
poterat illd̄ dominiūz p̄dere quia se a
deo poterat auertere per pctm̄. tūc at
nūq̄ auerti poterit et ideo dominiū
suū siue victoria sua sup̄ materiā suāz
nūq̄ poterit diminui ⁊ ideo nūq̄ pote
rit pp̄rie loquēdo pati et ideo corp⁹ su
um erit ipassibile. Tertio cū aīa
nō sit solū forma corp̄is sed etiā mo
tor sicut patz t̄no de aīaz libro de mo
tu aīalū: mouebit corp⁹ per volūtātē
et q̄a habebit p̄fectū dominiū sup̄ illd̄
ideo aīa glōsa in quātū btā mouebit
oīno sicut volēt corpus mouere ⁊ ideo
erūt corpa agilia. Quarta cū aīa pos
set rationabilis velle q̄ corp⁹ suū sit in

eodē loco vbi est aliud corp⁹ sine amo
tionē alteri⁹ corp̄is et aīa poterit rege
re corp⁹ suū sicut volēt. sequit̄ q̄ aīa
poterit ponere corp⁹ suū in loco vbi ē
aliud corp⁹ ⁊ ista virt⁹ vocat̄ subtilitas
sic igit̄ erit corp⁹ glōsū clarū ipassibile
subtile et agile. Et ista p̄uilegia vocā
tur a doctorib⁹ q̄tuor dotes corp̄is per
quādam figuratiuā locutionē q̄a sicut
dos dat̄ in signū p̄petue cōfederatōis
et amicitie inter virum ⁊ mulierē ita
iste dotes dabūtur hominib⁹ gl̄ificat̄
pro semp̄. Iste autē dotes ponunt̄ p̄iū
cti. p̄me. ad Corint. xv. vbi facit ap̄lus
cōparationē inter mortē hūanā et re
surrectōnē hūanā et dicit sic. Semia⁹
in corruptōe resurget i corruptōe id
est icorruptibile ⁊ ipassibile. semina⁹
in ignobilitate. id ē i obscuritate mor
tis resurget in gl̄ia hoc est in claritate
semia⁹ in ifirmitate. surget in v̄tute
hoc est agilitate. semia⁹ corp⁹ aīale. re
surget corp⁹ sp̄iale id ē subtile ad mo
dū sp̄is. Sp̄is enī pōt sim ul eē cū cor
pore sicut patz de aīa q̄ est tota in toto
et tota in q̄libet pte ⁊ sic poterit corp⁹
glōsū p̄ v̄tutē subtilitatis eē simul cū
corpe nō glōso q̄nis hoc nō placeat s̄a
cto. Thome. iiii. suarū di. xliiii. q. v.
in solutione argumenti p̄miz sed i vbi
exp̄sse dicit. q̄ hoc nō habet corp⁹ glo
riosū ex dote subtilitatis s̄z ex op̄atōe
v̄tutis dīne. Descēdēdo ḡ ad s̄ram.
Iste q̄tuor dotes i hac s̄ra exp̄mūt̄ s̄m
istū ordinē. Primo enī notat̄ claritas
cū dicitur fulgebūt. Scdo ipassibilitas
q̄a iusti Sapie p̄mo. q̄a iusticia p̄petua
est ⁊ immortalis. Tertio subtilitas q̄a tā
q̄ scintille. Quarto agilitas cū dicitur
discurrēt. Et q̄a cōpletoriū qd̄ d̄r in fi
ne diei. Premiū nr̄z finale figurat iō
tūc q̄tuor p̄s Dicim⁹ t̄m̄. ad illas q̄tuor

dotes significadas. sed de appropriatione p̄rafeo ad p̄ns. B Pro lra nota q̄ arūdiētū ē loc⁹ vbi crescit arūdiētia. Vñ sicut scintille monent sine difficultate inter arūdiētes et sine resistētia Ita sc̄i sine resistētia corpa monēbūt. Fulgebūt iustu. Nota q̄ viri iusti merito se exponere debēt pro xp̄o actib⁹ vñiosis in p̄nti et si eis tribulationes occurrāt illas equanimi tē sustinēt et hoc habita p̄sideratiōe ad p̄miū qd sequit̄ a Armigeri q̄ seruiūt magis dñis p̄ diuersis t̄pib⁹ āni pueniētes robas accipiūt. vnā p̄ hyeme. aliā pro estate. Illa q̄ dat̄ p̄ hyeme est de grosso p̄ano causa est q̄a debet exponi modo pluuīs. modovētis. modo iuuī. modo igni. sed roba q̄ dat̄ p̄ estate ordinat̄ de subtili p̄ano et delicat⁹ hoc q̄a seruiet hoi pro t̄pe gratioso videlz in estate. Isto mō de⁹ p̄uidet bonis viris. Vita p̄ns est hyēps Vita futura ē estas. Corp⁹ est anie sicut roba. Iob. x. peller carmb⁹ vestisti me. Quia igit̄ in p̄nti est t̄ps tribulatiōis z agustie z penitētie. igit̄ corp⁹ p̄ nūc ē sicut roba de grossoz rudi p̄ano. s̄ t̄ps futus vite et ne est t̄ps estatis glie z hōris Et iō tūc hēbit aia robā valde ḡtiosa q̄n corpus erit clar⁹ sole. ipassibile. agibile. z subtile. Et iō sicut bon⁹ armiger speras z cert⁹ de roba estimali lacerat destruit z expēdit robā hyemalē i fuitio dñi sui et nō parit̄ pluuie. nec iuuī. nec igni. Ita iust⁹ in p̄nti corpi suo non p̄cit ab opib⁹ p̄nie. sed sep se exponit ad hōrē dñi sui q̄tū pōt sciēs. Qm̄ fulgebūt iusti zc̄. Refert scriptor qdā de naturā rerū q̄ pp̄. alexāder habuit vestimētū qdā de pilis salamādre qdā qdē vestimētū q̄n ablni debuit ad honestatez nō lauabat̄ in aq̄. sed p̄ciebat̄ in igne

et nō p̄nrebat̄ s̄ fulgēt⁹ reddebat̄. Sic corpa scōbz nō i ags carnaliū delectationū lauari debēt vt fulgeāt s̄ magis in igne tribulationis. Et iō Eccl. i. dicif. In igne p̄bat̄ argētū z aurū homines ū in camio hūilatiōis. B Scdo notādū q̄ iusti fulgere debēt in p̄nti triplici claritate Videlz fame. vitez doctrine vt fama referat̄ ad extraneos vita ad nosmetipos doctrina ad subditos z p̄pinqs. Et hec triplex claritas est maxime necessaria viris ecclia sticis. Primo vt fulgeat bona fama. q̄ diu enī cādela ardet z fulget. Delectabile negociū est z vtile. Sed q̄n extinguit̄ relinqt locū arcaistatē tenebrosū et fetet. z sicut dicit Aristo. vii. de aialibus. Ille fetor est valde nociū p̄gnāti mulieri q̄ si situehemens facit eam abortire et occidit fetū. Isto modo est de q̄libet viro ecclastico q̄ q̄si cādela ardesz lucēs in ecclā p̄stiniūt. q̄ diu ē bone fame delectabilis est et vtilis dādo bonū exēplū aliis. Qñ aut̄ extinguit̄ v̄to tēptatiōis. z p̄mittit aliqd̄ notoriū peccatū z publicū statū relinqt circa se locū tenebrosū et fetet per infamiaz. Iste fetor nocet p̄sonis in p̄posito existētib⁹ scē vinēdi. Sanctū ei p̄positū est p̄ceptus vel fetus mētis z certe frequēter bone p̄sone sic concipiūt a spū sc̄to sed p̄ fetorē scādalozi p̄cti suffocat̄ cōceptus iste. Et locus vicinus efficitur tenebrosus quia status ecclia stic⁹ per tales p̄tēptibilis reddid̄ z derisibilis iudicatur qui q̄n habet p̄sonas luminosas et fulgētes a laicis notabilē et rati onabilē honorat̄. Thobie. xiii. Luce splēdida fulgēs z oēs fines t̄re adorabūt te. Scdo fulgere debem⁹ in vita presenti quo ad nosipos intrinsec⁹ in p̄sciētis vt deni timeam⁹ et luceamus

more solis nō more lune. Sol enī sic
lucet q̄ habet sibi lucē incorporatā per
totū. Luna aut nō sic Et iō sp̄ apparet
macula q̄dā in luna. Et q̄si vmbra ho-
minis portātis fasciculū spinarū vtve-
tule fabulant̄. Istomō boni viri in ec-
clesia fulgēt more solis q̄a fulgēt i fa-
ma: fulgēt in p̄scia de quorū q̄libet dicitur
Eccl̄. i. Quasi sol effulgens sic ille
effulgit in tēplo dei. ⁊ Math. xiii. Ful-
gebūt iusti sicut sol. Mali vero fulge-
būt sicut luna q̄a licet sint clare fame
sūt tñ vmbrosi in cōscia vbi interior hō
portat fasciculū spinarū. i. p̄uētū pec-
catorū. Baruth. sexto. Nisi aliquis ex-
terferit rubiginē nō fulgebit. Ter-
tio debem⁹ fulgere per doctrinā. Dañ.
xii. Qui docti fuerint fulgebunt sicut
splēdor firmamētī ⁊ q̄ ad iusticiā eru-
dūt mltos tanq̄ stelle i p̄petuas eēni-
tates. Dubitatio l̄ralis. Vtrum
corp⁹ glōsū istis q̄tuor dotib⁹ sit dotā-
dū. Probat̄ p̄mo q̄ nō. Quia nō erit
corp⁹ i passibile q̄a erit corp⁹ mixtū ex
quatuor elemētis et q̄tuor hūorib⁹ et
per p̄sequēs cōtraria erūt ibi approxi-
mata ⁊ agēt et patient̄ adinuicē q̄ cor-
pus erit passibile. Sc̄do modo sic. Sen-
tire ē pati. ii. de ania. s̄ illa corpa erūt
sensibilia et sentiēt in acturidēdo au-
diēdo tāgēdo ⁊ sic de aliis q̄a alias vi-
ta foret magis somn⁹ q̄ vita et per p̄se-
quēs vita i perfecta sicut dicit Aris. p̄.
ethi. q̄ somn⁹ ē d̄mi diu vita ergo erūt
passibilia. Tertio arguit̄ q̄ corpus
glōsū nō erit clarū q̄a color est extre-
mitas perspiciā i corpe t̄miato. Lux
aut est qualitas corpis perspiciā inter-
minati fm̄ aug. xix. de ciui. dei. Pul-
chritudo corpis est cōueniētia parciū
cū q̄dā coloris suauitate igit̄ erit cor-
pus coloratū nō ergo lucidū siue clarū

Quarto q̄ corp⁹ glōsū nō erit sub-
tile q̄a tūc posset eē i eodē loco cū cor-
pore nō glōso ⁊ eadē ratōe cū i finitis
sicut arguit Aris. iiii. phicorū. Si duo
corpa possūt eē h̄l. ⁊ i finita. Q̄nto
q̄ corp⁹ glōsū nō erit illo modo agile
q̄ possit moueri ad volūtate aie quia
tūc posset moueri in instātī. p̄sequētia
patet q̄a volūtas pōt hoc velle. Nā vo-
lūtas est i possibiliū sicut p̄. iii. ethico.

Ad oppositū est fides xp̄iana ⁊ hē-
tur prime ad Corint. xv. et in l̄ra ista.

Ad q̄stionē dicendū q̄ sic. Nā sicut
corp⁹ hūanū est istrumētū ad merēdū
sic iustū est q̄ p̄mie⁹ sicut istrumētū
aie ad beneuēdū sed ad hoc habēdū
requit̄ q̄ defect⁹ corporis oīno tollan-
tur. Nā si defect⁹ corporis p̄manerēt
nullo modo foret aīa btā siue hō bea-
tus q̄ cōpositus est ex corpore et aīa.
defect⁹ aut̄ corporis manifeste sūt pe-
nosi ⁊ p̄pter pctn̄ p̄mi hoīs i flictu sicut
nūc suppono: ergo illi defect⁹ debēt in
futura btitudine suppleri per gr̄as cō-
cessas illis defectib⁹ p̄trarias. Ad p̄-
mū dicēdum q̄ resurrectio corpōrū in
futuro miraculosa erit. et cōparando
statū glōsū ad statū naturalē totū erit
miraculosū quicqd̄ supnaturalē tunc
fiet modo q̄ cōtraria sint approxima-
ta et nō agant. fieri pōt vtute diuina
nulla alia sicut fuit de trib⁹ p̄uēf. Dañ.
iii. et sic fiet ibi. tam ē si dabit̄ sc̄is ali-
quod donū increatū siue inherēs ani-
me siue corpōri per qd̄ p̄portio elemē-
torū siue humorū vniformit̄ cōserua-
bit̄ vel nō. nō est nobis sufficiētē re-
uelatū. et posito q̄ hoc fieret posset tñ
dici miraculū sed hoc tenēdū est | quo-
cumq̄ modo hoc fiat | q̄ saltem fiet q̄
elemēta nō agāt adinuicē in corpore
glōficato nec q̄ tenef̄ credē p̄ns tenef̄

et aſs. Ad ſcdz dicēdū q̄ paſſio eſt du-
plex. Materialis ſicut q̄ ignis agit ī
aquā. Et itētiōnalis ſicut q̄ coloratiz
agit in oculū. Prima paſſio nō erit in
corpib⁹ btīs. Scda erit. Et ideo erunt
oēs ſenſus in ſuis opationib⁹. ⁊ tñ tñ
ppter imutationē ſpūalē ſeuſus hoīs
erit receptiu⁹ ſpeciez sine materia. ii
de aſa. Ad tertiu⁹ q̄ aie poterūt ſua
corpa oſtēdere clara ſicut volēt. Corp⁹
aut clarū pōt apparere coloratū. Et iō
erūt clara ⁊ colorata q̄tū ad apparētiā
ſicut homo volēt. Ad q̄rtū cōcedē-
dū eſt q̄ corp⁹ glōſū cū ifinitis corpi-
bus eſſe pōt ſed nō poſſet eē cū ifinit
corpib⁹ q̄a nec poſſet eē ifinita corpa
ſimul. Icz ifinita corpa poſſet eſſe.
Vnde ad philoſophū nō eſt argumē-
tū niſi a latēte ipoſſibili ad magnū im-
poſſibile vel apud multos pitatum.

Ad q̄ntū de agilitate q̄ poſſet mo-
ueri in iſtā: negāda eſt p̄ſequētia q̄a
volūtas btī nō pōt velle ipoſſibile. ne
ſcio tamē defēdere. quin vltra oēs ve-
locitatē datā. pōt ſe hō mouere glifi-
catus. Semp tamē habebit velocitatē
finitā ſicut xps in aſcēdēdo p̄fixit ſibi
velocitatē quā voluit. ſed tamē ſucceſ-
ſive aſcendit. LECTIO. XXXV

i Vdicabūt ſcti nationes et domi-
nabim⁹ populis et regnabit dñs
illorū in perpetuū. Poſtq̄ ſpūſſctūs
declarat⁹ qualis erit iuſtorū poſt iu-
diciū excellētia glīe corpals. Hic oſtē-
dit qualis erit eorū in iudicio aſſidētia
perſonalis. De qua habet Math. xix.
Vos q̄ ſecuti eſtis me in regeneratio-
ne cū ſederit fil⁹ hoīs in ſede maiesta-
tis ſue: ſedebitis et vos ſup ſedes iudi-
cātes duodecī trib⁹ iſrl. Erūt cī magn⁹
honor ſanctis q̄ illorū erunt iudices

quos parū ante habuerūt p̄ſecutores.
et tamē iuſtū eſt q̄ eos recte iudicēt a
quib⁹ iuſte iudicabant. Sed q̄a aliq̄
cōtingit q̄ homo ſit aſſeſſor iudicis p
vna die et poſtea nullā iuriſdictionez
in illos habet quos prius iudicauit Iō
ne hoc eſtimeſ de ſcis xpi aſſeſſorib⁹
in iudicio. Tria facit ſpūſſctūs in hoc
textu. Nā iſta ſe habēt ſm ordinē iu-
dex dñs et rex. q̄a nō oīs iudex eſt do-
minus nec oīs dñs eſt rex. Sed ecōtra
bene cōuertit⁹ q̄a oīs rex eſt dñs ⁊ oīs
dñs ē iudex. Incipiēdo q̄ a ſupiori ad
iferi⁹. Primo attribuit iudiciū ſctis tā
q̄ aſſeſſorib⁹. Scdo dominiū tāq̄ poſſeſ-
ſorib⁹. Et tertio regnū tāq̄ regnātib⁹
ſcde ad Thi. ii. Si ſuſtinem⁹ ⁊ regna-
bim⁹. Scda ps ibi. Et dñabūt A
Tertia ibi. Et regbit. Et ſic triplex p̄o-
gatiua tāq̄ quā ſci hēbūt ī futuro iu-
dicio gñali. ⁊ deinceps. Ipsi enī hēbūt
potēſtatem iudicandi. dominādi et re-
gnandi. In iudicando eſt vel erit recti-
tudo ſentētie que nunq̄ renocabitur
quā iudicabunt ſancti natiōes. In do-
minādo magnitudo potētie. que nū-
q̄ coartabitur quā dominabūtur po-
pulis. In regnando certitudo perma-
nentie que non terminabitur quā re-
gnabit domin⁹ illorū imperpetuum.
Dicit ergo. Iudicabūt ſancti nationes
id eſt malos qui tales pmanſerūt id ē
ſine gratia quales noiati ſunt infra in
ſine capituli. Nationes inq̄ dire ſunt
p̄ſumationis. Et dominabūtur popu-
lis quib⁹ pri⁹ ſubiciebant. in ps. Sub-
recit p̄p̄os nobis ⁊ gētes ſub pedibus
noſtris. Sed cōtra q̄a in iudicio ceſſa-
bit oīs platio ⁊ dominiū creature ſup
creaturā Iuxta illud prime ad Corin.
xv. Deinde ſim⁹ cū tradiderit deo re

gni et patri. cū euacauerit oēs pote-
statē p̄ncipatū et virtutē et dñationem
Vbi haymo in glo. Tū cessabit om-
nis creature prelatio in angelis et ho-
mib⁹ cessabit timor regnabit caritas.
nec erit inter p̄sidentes et subditos vl-
la dissensio. Dicendū q̄ ad domini
um p̄tinet potētia coercēdi rebelles
et castigandi. Et ideo quia facti habe-
būt dānatos ī suo carcere cōmuni co-
hercendos et puniēdos de eorū iusta
punitiōe gaudebunt. et secundum
quēdā modū eis dominari dici p̄t
Sequitur. Et regnabit dñs illorum in
perpetuū. Notādū q̄ securum est ser-
uire illi dño q̄ in perpetuū regnabit.
Seruientes dñis mortalib⁹ p̄ncipib⁹
et regib⁹ et nobilib⁹ sūt in magno pe-
riculo quando dñi sui moriuntur nō so-
lū q̄a seruiciū suum perdūt: imo quia
frequēt cōtigit q̄ illos quos magis fa-
miliāres habuit pater: fili⁹ magis ha-
bebit odiosos. sicut historie multe do-
cēt. sed certe seruire deo regnare ē et
quia de⁹ immortalis: qui seruīūt sibi in
perpetuū regnabūt. apoc. v. Redemi-
sti nos in sāguine tuo et fecisti nos de-
o nrō regnū. et sap. vi. Diligite sapiē-
tiā ⁊ in perpetuū regnetis. Iudicabūt
sc̄ti nationes. Malefactores et rei cri-
minosi ex triplici cā solēt confidere se
euasuros impune. Primo q̄a sperant
q̄ possunt declinare et euitare rigore
iudici ut sine examinatione iudiciali
fiat emenda per mediatiōē amicorū

Secūdo sperāt se rei. pbabilit eua-
suros licet nō omnino impune si pos-
sint subire iudiciū. sic tamē q̄ habeāt
iudices et assessores fauorabiles eis
Tertio per translationē personarū su-
arū. q̄a re⁹ inno regno pōt impune cō-
seruari in altero. sed certe nullo istorū
modorū p̄t euadere p̄ctōres. q̄a in-

dicabūt sc̄ti nationes. nō enī declina-
būt rigore iudici quia iudicabūt non
impetrabunt iudices qui sūt eis p̄pici
quia iudicabunt sancti. nec se aliena-
bunt a loco supplicii. quia non iudica-
bunt vnā gēte tm̄ sed oēs nationes. in
p̄s. Iudicabunt in nationib⁹. Iudicabūt
igit⁹ vt assessores facti. xp̄i imitatores.
natōes. i. p̄ctōres B De p̄mo nota
q̄ diuī ē reo iudicādo iudicialit̄ si iu-
dex sit sibi extrane⁹ q̄ sibi in nullo pe-
nit⁹ teneat. Secūdo si sit talis q̄ a iur̄
regula nullatenus abducat. Tertio si
sit talis de cui⁹ iniuria reus accusat⁹. mō
sc̄ti ī iudicio reddēt se p̄ctōrib⁹ val-
de extraneos. qm̄ etiā ip̄e xp̄s dicit. A
mē dico vobis. nescio vos. mat. xxv. et
v. Secūdo nullo modo declinabunt
a regulis iuris. quia sancti iudicabūt
et sanctitas ē iusticia maxia. Erunt ei
iduti nouū hoīez q̄ fm̄ deū creat⁹ ē in
iusticia et sc̄titate v̄tatis. Ad ephē. iiii
Tertio ipsi erūt hostes ip̄iorū q̄s ip̄i in
hac vita p̄cūcauerūt. Ab acie. i. Quare
respicias. et taces a p̄cūcate ip̄io iustio
rē se Et iō ip̄i t̄icv̄ sauce eos calcabūt
Mala. vltimo. Cōuertimī et videbitis
quid sit iter impiū et iusti. inter serui
etē deo et nō seruētē ei. Et cito post.
Egredimī. et salietis sicut vitul⁹ de ar-
mento et calcabitis impios cū fuerit
cinis sub planta pedum vestrorū. De
istō iudicio indefinēt cogitare deb⁹.
Vñ grego. xxxix. om̄. Presentē tem-
poris talis sit leticia v̄nūq̄ amaritudo
futuri iudici recedat a memoria. Itē
ber. s̄r. p̄s. Qui hitat. Quid tam pauē-
dum: quid tam plenū anxietate ⁊ ve-
hem̄tissime sollicitudinis excogita-
ri potest q̄ iudicandū est astare illi tam
terrifico ⁊ deifico s̄būnali ⁊ icerta ad
huc subitamq̄ sub districto iudice ex-
pectare s̄tentiā vbi iudex teste non

indiget vbi v̄itas discutit int̄tōes Et i
quādā in ep̄la ad Robertū monachū.
Veniēt q̄ male iudicata iudicabit. illi-
cite iurata p̄futabit q̄ faciet iudiciū in
iuriā patiētib⁹. Veniēt inq̄ dies in q̄
plus pura corda q̄ astuta v̄ba z p̄scia bo-
na q̄ mar sup̄ia plena q̄m iudex nō fal-
lef v̄bis nec flectef dōis. b Dubi-
tatio l̄ialis. Vtrū sci hoies in iudicio
generali p̄cipabūt aliq̄ modo actū iu-
dicādi. Quot nō videf Ioh. v. Oē iudi-
ciū dedit filio ergo null⁹ ali⁹ hēbit iu-
diciū. Sc̄do mō sic. In nullo iudicio po-
test accusator et iudex eadē p̄sona. sed
sci viri erunt accusatores malorū. Sa-
piētē. v. Stabūt iusti in magna p̄stātia
aduer⁹ eos ḡz c̄. Tertio sic. Hoc potif
fime itelligēdū foret de paupib⁹ volū-
tarie d̄ qb⁹ d̄f Ioh. xxxvi. Iudiciū pau-
pib⁹ ēbuit. s̄z h̄ ē falsū p̄t̄ tria q̄a h̄ so-
lū apl̄s ē p̄mi s̄m Math. xix. Sedebit
sup̄ sedes iudicātes duodeci trib⁹ isrl̄.
s̄z non oēs paupes volūtarie sūt apl̄i.
Sc̄do q̄a martyres z v̄gies offerūt deo
de corpore suo substātiā corpālē ḡ eis
magis debet p̄tās iudicādi q̄ paupib⁹
qui offerūt iustitiā secularē. Tertio q̄a
īferior nō iudicabit sup̄iorē. sed mlti-
diuites erūt sup̄iores in celo q̄busdāz
paupib⁹. ergo z c̄. Ad oppositū ē il-
lud. Math. xix. Sedebitis sup̄ thronū
iudicātes duodeci trib⁹ isrl̄. Itē ysa. iiii.
Dñs ad iudiciū veniēt cū sentorib⁹ po-
puli. C Ad q̄stionē dicēdū q̄ act⁹
iudicādi i iudicio gn̄ali diuersis diuer-
simode attribuit s̄z q̄nq̄ mōis in scri-
ptura. videlz ordinata maiestate. dele-
gata p̄tate assessoria dignitate. appro-
batiua p̄formitate. z p̄paratiua diuer-
sitate. Primo mō videlz ordinata ma-
iestate sol⁹ de⁹ iudicabit p̄mo Reg. ii.
Dñs iudicabit fines t̄re. Sc̄do. Dele-

gata p̄tate iudicabit humanitas xp̄i s̄f-
cūt tactū fuit in p̄mo argumēto. Ioh.
quinto Oē iudiciū dedit filio Null⁹ ei h̄z
p̄tate delegati nisi xp̄us inq̄tū hō. Ter-
tio. Assessoria dignitate et sic iudica-
bunt volūtarie paupes iuxta illā i ter-
tio argumēto tactū. Ioh. xxxvi. iudici-
um paupib⁹ tribuit hoc est p̄ueniēs p̄
pter duos Primo q̄a ad iudicādi se ma-
gis disposuerūt Vñ erunt magis ydo-
nei. Paup̄tas enī volūtaria nō est nisi
eorūq̄ soli xp̄o ihererūt. p̄t̄ eū oīa cō-
tēpserūt sc̄laria negocia. z ideo in eis
nihil debet esse q̄d iudiciū possit puer-
tere Sc̄do q̄a iudicare magis meru-
erunt. Cui⁹ causa est q̄a hūilitati corre-
spōdet exaltatio per modū meriti s̄m
illā Math. xii. Qui se hūiliat exalta-
bit. modo inter oīa q̄ hoīem respectū
faciūt ē paup̄tas. Vñ illi q̄ ap̄d hoies
magis apparent pauperes vident̄ esse
magis respecti z iō q̄ volūt pauperta-
tē suā oñdere excogitāt q̄tū possūt vi-
litate vestimētōz vt hoies per h̄ ad cō-
passionē p̄uocēt q̄a igit̄ veri pauperes
faciūt se cōtēptibiles p̄t̄ xp̄s iuste me-
rent̄ excellentiā assessorie dignitatis.

Quarto modo attribuit̄ act⁹ iudi-
cādi i iudicio q̄busdā tm̄ approbatiua
p̄formitate z sic iudicabūt oēs electi q̄a
oēs tā āgeli q̄ hoies approbabūt s̄n̄iaz
iudicis. i. xp̄i. Apoc. xix. i p̄ncipio Au-
diui vocē turbarū dicētū in celo. Alla-
laus v̄t̄z gl̄a deo n̄ro q̄a v̄az iusta iu-
dicia ei⁹ sūt. Quinto attribuit̄ act⁹ iudi-
cādi q̄busdā ex quadā p̄paratiua di-
uersitate iste mod⁹ iudicādi laudabi-
lis nō est q̄a sic m̄n⁹ mali dicunt̄ iudi-
care magis malos s̄m illud. Luce. xi.
Viri iniuste surgēt cū gn̄atione hac
et p̄denabūt eā. Ex istis patet ad q̄stio-
nem q̄ sc̄ti p̄cipabunt actūz iudicādi

oēs gñaliter. Scdo modo p appro-
bationē q̄ est satis ipropriē ⁊ trāsūm-
ptiue dictū. Sic enī oēs existētes in lo-
co iudicii ⁊ approbātes iudiciū pñt di-
ci iudicare. Et iō dicūt doctores q̄ spe-
cialit̄ paupes p̄cipabūt actū iudicādi
sicut assessores p̄pt̄ rōes sup̄ius addu-
ctas et auctoritates scripture q̄ ad h̄ so-
nāt. Vñ glo. sup̄ illd. Mat. xix. Vos
q̄ reliquistis oīa ⁊ c̄. Qm̄ reliquūt oīa ⁊ se-
cuti sūt dñs. Hi indices erūt q̄ licita ha-
bētes recte vñ sūt h̄ iudicabūt. Gre-
tū. vi. moral. exponēs illud p̄ier. vltio
nobilis in portis vir ei⁹ qñ federit cu⁹
senatorib⁹ dicit q̄ xp̄scū senatorib⁹ t̄re
residet q̄a iudicii sentētiā cū ei idē ec-
clesie p̄dicatorib⁹ discernit vbi docto-
ribus attribuit actū iudicādi s̄ bene-
stāt simul q̄ sūt paupes ⁊ p̄dicatores.
Ad p̄mū patz per dicta que auctoritas
intelligit̄ de ptate delegata. Ad scdm̄
dicēdū q̄ in iudicio humano vbi index
nō habet q̄ pcedat nisi ex pbatis ⁊ al-
legatis nō debet eē idē iudex ⁊ accusa-
tor. sed in iudicio diuino vbi index nō
habet iforman sed oīno nonit̄ causaz
idē pōt eē accusator ⁊ index: similiter
reus nō negabit sed p̄fitebit̄ velit no-
lit. Ad tertiuū qñ arguit̄ q̄ si aliqb⁹ sc̄is
cōpeteret iudicare maxime cōpeteret
paupib⁹. cōcedēdū est q̄ eis p̄petit po-
testas assessoria nō vt iudici cōsulāt s̄
vt honorent̄ et si licet cōsc̄ie eorū erūt
quasi libri in quib⁹ decreta iudicis xp̄i
poterūt plane legi. Ad p̄mū in op-
positū de. xii. aplis r̄dit. Aug⁹. ii. de
ciui. dei. c. vi. q̄ per illū m̄ierū dno de
uariū nō m̄ierū ad l̄raz intelligit̄ s̄
per nūerū mysteriū designat̄. Alias
cum mathias loco inde fuerit electus
paulus sine throno relinq̄ret nisi duo
federēt simul. Et ideo per nūerū duo

denariū qui est nūerus perfectōis vni-
uersa pauperū mltitudo p̄fectōz desi-
gnat̄ et s̄ h̄ vniuersitas iudicādorū
cū d̄r duodeci trib⁹ israhel. Ad sc̄z de
martyrib⁹ ⁊ v̄giub⁹ d̄r q̄ isti nō sūt de
corde vbi reponūt̄ decreta diuine iur-
sticie sicut paup̄tas nā paup̄tas directe
p̄trariae sollicitudini diuitiaz q̄ suffo-
cat verbū Luce. viii. Ad tertiuū dicē-
dū q̄ cōcedit̄ p̄fectis paupib⁹ q̄ indi-
cabit̄ se meliores nō auctoritate pro-
pria sed auctoritate superioris cui⁹ erit
assessor: sicut aliqb⁹ index delegatus
est multo inferior q̄ ille quem iudicat

LECTIO. XXXVI.

q̄ Vt cōfidit̄ in illū intelligēt veri-
tatez fideles i dilectōe accescēt
illi qñ donū ⁊ pax ē electis dei. Post
q̄ sp̄s suis declarant̄ q̄lis erit electo-
ri remuneratio. Primo q̄tū ad hone-
statē corpale. in illa l̄ra. Fulgebūt iur-
sti. Scdo q̄tū ad ptatē iudiciale. In illa
iudicabūt sc̄i. Hic t̄tio declarat̄ q̄lis
erit eorū remuneratio q̄tū ad felicitatē
vel gl̄az sp̄uale in eorū aiab⁹. Vbi
notādū q̄ trib⁹ v̄tutib⁹ theologiacis in-
dige m̄ in p̄nti ad hoc q̄ in finē supra-
turale p̄ueniēt̄ ordine mur. videlz fi-
de. spe. ⁊ caritate. De qb⁹ loquit̄. ap̄ls
p̄. ad Corin. xii. Nūc aut̄ manēt̄ fides
spes ⁊ caritas hec tria. sed q̄a fides est
cū obscura cōgnitōe sine expectatiōe
Spes cū diuturna dilatōe. Caritas cū
tepida dilectōe. Ideo isti tres habit⁹ i
futura b̄itudine p̄manere nō pñt in
qua nihil est imperfectū nihil dimini-
tū. iō manēt̄ caritate ⁊ p̄fectiorē actū
habēt̄ fides ⁊ spes euacuabunt̄ Cū eī
venerit q̄ p̄fectū est euacuabit̄ qd̄ ex
pte ē. ad Co. xiii. A. Succedēt̄ ḡ i
aia bus electori dotes aīe q̄s per noia
opationū designant̄ q̄a fidei succedet

visior speiphēsis siue securitas. Caritati aut nihil succedet. sed ipsa manebit pfectior q̄ uiuic est. Et vocat dilectō siue fruitio. Sūt ergo tres dotes aie. visio. dilectio. tēfio. siue iphēsis. Sic ei erit aia sūme. btā vidēs teuēs diligēs sūmū bonū in quē credidit in quē sperant 7 pposse dilexit. Et de istis dotibus determinat in ista lectione. et docetur q̄ sci viri 7 electi dei qui in pnti vita tribulationib⁹ variis pro suis bonis opibus exponunt. deū mūdovisu agnoscēt. diligēt et totalit̄ ei acqescēt. Vnde dicit sic. Qui cōfidūt in illum id est q̄ fidē spē et caritate in illū habuerūt itelligēt nuder clare. p̄. Iohā. tertio. Videbī⁹ eū sicuti est Veritate. Id est deū q̄ est prima et sūma veritas Ioh. xiiii. Ego sum via veritas 7 vita. Et fideles in dilectōe id est fidelit̄ diligēt et pferat̄. acqescēt illi. id ē ppetuo adhibebūt illi q̄ in futuro a societate ei⁹ auelli nō poterit q̄ eū hic p fidē et spē tenuerūt. Et q̄a posset aliqs credere q̄ ista remuneratio fiet scīs ppterualorē suoyoperū q̄si opa nra ex sui pditōe forēt cōdigna tāta remuneratioe. Ideo hoc excludēs dicit q̄ pdicta pmiatio fiet scīs ex dei liberali acceptione qm̄ donū et pax ē electis dei quasi diceret. pax et ne btitudinis que est futura electis est donū dei liberaliter. et sup cōdignitatē passionū p̄sentiū p̄miatis. ad Roma. viii. Nō sūt cōdigne passiōes hui⁹ tēporis ad futurā gloriā a Dubitatio l̄alis. Vtrūq̄ homo adiūt⁹ grā possit mereri vitam etnā ex cōdigno Videf q̄ nō. Primo per auctoritatē allegatā. ad Ro. viii. Nō sūt cōdigne passiōes r̄c. sed scōriū passiōes sūt maxime meritorie. q̄ nul

la opa hoīs sūt cōdigna ad vitā etnā pp̄ qui reddit alicm̄ debitū quod ei debet nihil meref apud eū. sed quicqd̄ possit⁹ p̄deco facē deo debem⁹ et ad huc apli⁹ deberem⁹ si apli⁹ possim⁹ si cut dicit Aristo. viii. ethi. c. p̄. ipossibile ē nobis retribuere dignos honores dñis et parētib⁹ qui eorū bñficia semp̄ excedāt Lu. xvii. Cū oīa bene feceritis dicite q̄a serui inutiles sumus quod debuim⁹ facere fecim⁹. Preterea qm̄ q̄ meref aliqd̄ ab aliq̄ p̄stituit illū debitorē suū s̄ de⁹ nulli est debitor nec esse pōt q̄ nihil possim⁹ apud eū mereri. Ad oppositū est illud Iere. xxxi. Erit merces opi tuo s̄ merces q̄ dat p ope correspōdet dignitati opis q̄ cū vita etnā sit merces operis hoīs exstētis in grā pōt talis hō ex pdigno vitā etnā pmereri. Preterea. ii. ad Thi. iiii. De reliquo reposita est mihi corona iusticie quā reddet mihi dñs in illa die iust⁹ iudex. sed qd̄ reddit⁹ fm̄ iustū iudiciū ē merces pdig⁹. q̄ hō pōt pmereri coronā iustāz pdignā s̄ illa ē vita etnā. q̄ hōzē Ad q̄stionē dicēdū q̄ hominē adiūtū grā pmereri vitā etnā ex pdigno pōt itelligi duplicit̄. Vno mō q̄ meriti hoīs tm̄ valeat naturalit̄ p̄ta q̄ tāta sit bonitas in natura siue sub stātia meriti q̄ ei debeat⁹ vita etnā. Alio mō q̄ tm̄ valeat legalit̄ ex institutione legis sicut parna pecia cupri ex natura sua siue naturalivigore nō valet tm̄ sicut vn⁹ p̄avis s̄ ex institutione p̄ncipis tm̄ valet. Isto p̄mo mō opa nra ex sua naturali bonitate non merentur vitam etnā de cōdigno sed de cōgruo tm̄ q̄a cōgruū ē q̄ hoī faciēti fm̄ potētiā suā fimitā. deus retribuatur fm̄ potētiā suā infimitā. Sed scōdo modo

possim⁹ dicere q̄ opera nostra sūt cō-
digna vite eterne ex gratia nō ex sub-
stātia actus. statuit enī deus q̄ bene o-
perans in gratia habebit vitā etnā. et
ergo per legē et gratiā p̄cipis nostri
christi meremur de condignitā et-
nam. Ad primū dicēdū q̄ nō sūt cō-
digne p̄ssiones naturaliter sed legali-
ter vt dictū ē. Ad secūdū dicēdū q̄
meremur faciendo qd̄ debē⁹ deo chri-
sto sic statuente et ordināte sed nō ab-
solite ex natura redditionis sicut ar-
gumētum procedit. Ad tertiū q̄ deus
constituit debitor ex natura sui proif
si nō ex natura nostri cōmissi. sicut di-
cit magi li. i. di. xlii. c. iiii. Qui cōfi-
dūt B. Notādū q̄ spes et p̄fidētia ē
tribus generib⁹ hominū maxie neces-
saria. Dimicātib⁹ nauigātib⁹ et egrotā-
tib⁹. Hee vero tres p̄ditiones nobis cō-
ueniūt sicut vitam et statū nostrū p̄fem⁹.
Sum⁹ enī dimicātes et cōtra hostes cō-
tinue p̄liātes. in p̄s. Multi bellātes
aduersū me. et p̄. macha. iiii. Nō cōcu-
piscatis spolia quia bellū cōtra nos est
Scutū nostrū est fides uostra. ad epe-
vi. In omnib⁹ sumētes scutū fidei in q̄
possitis oīa tela nequissimi ignea exti-
guere. In historia britonū scribit^r de
Archuro r̄ge q̄ in īteriori parte scu-
ti sui ymaginē virgis glīose depictam
habuit quā quotiēs in bello fatigatus.
aspexit spes recuperauit et vires. Isto
mō nos si ī bello vite p̄ntis triūphare
velim⁹. Infra scutū fidei nostre ima-
ginē v̄ginis cū filio deportem⁹. hāc re-
spiciam⁹ in eā cōfidam⁹ quia ab eā vi-
res et virtutes recipiem⁹. Ambro⁹ de
sancta v̄ginitate Sit nobis tāq̄ in ima-
gine depicta vite marie. ex q̄ velud ex
speculo refulget species castitat^r et for-
ma virtutis. Hic sumatis exēpla viue-

divbi tāq̄ in exēplari magisteria exp̄f-
sa sūt p̄bitatis quid corrigere. quid ef-
fingere. quid tenē debeat^r oñdit. Nar-
rat macrobius de natura lapidū. capi.
xxv. q̄ ē vna gēma q̄ vocat^r Euthides
habēs in se naturaliter more p̄gnand^r
vnam alia^r gēma. Istā gēma natura
suggerēte aq̄la cognoscit. et eā in nido
suo cū habuerit pullos collocat in eō
et q̄ diu ī nido fuerit pullis nihil ifor-
tunū accidē pōt. Gēma ista mariā fig-
nificat q̄ lapidē āgulārē ī se opere sc̄i
spūs cōcepit. Patervō celestis nos tāq̄
pillos suos in nido militat^r eccie mō
fouet. sed ne per inimicos nostros ali-
quod nocumētū extrīsecus nobis in-
ferat^r gēma istā videlz mariā ī medio
nostre posuit qui si eam deuote īspex-
erim⁹ et dilexerim⁹ ab hostib⁹ nos de-
fēdet. Et idō nō ī armis nr̄az virtutū
cōfidam⁹ s̄ ī istū v̄gis gr̄a. ī q̄ ē oīs spes
vite et v̄tutū. eccā. xxiii. de q̄ expōi pōt
illd. Ecclā. iiii. Eos q̄ diligūt eaz diliget
deus. et qui audit illam iudicat gētes.
et qui intuetur illā permanebit cōfi-
dēs. Secūdo indigem⁹ cōfidētia spe et
animositate quā sūt nauigātes in peri-
cūloso mari huius mūdi. Vñ naute si
nocte stellā maris viderit sc̄iūt dirige-
re iter suū. sed qñ est ita q̄ nec lunam
nec stellas videre possūt de salute de-
sperant. Actū. xxvii. Neq̄ sole neq̄
siderib⁹ apparētib⁹ per plures dies ab-
lata erat spes salutis. Morali^r sicutaz
nostrā dirigere velim⁹ ad portū salu-
tis eterne. stellā maris. id est mariam
attēdam⁹ p̄tinue ocul^r spei nostre. Vñ
bern. si miss⁹ ē ome. ii. ppe finē. Ma-
ria ē p̄dara et exinua maris stella
super hoc mare magnū et spaciōsū ne-
cessario subleuata. imicās meritū. illu-
strās exēplis O q̄ s̄ te intelligis in

huius seculi pro fluuio interpellas ⁊
 tēpestates magis fluctuare q̄ p̄ terram
 ambulare. ne auertas oculos a fulgore
 huius syderis si nō vis obrui p̄cell
 si insurgūt vēti tēptationū. si incurris
 scopulos tribulatōnū. respice stellam
 inuoca mariā. si iactaris supbie vidis
 si ambitōis si detractōis. si emulatio if
 respice stellā iuoca mariā. Si iracūdia
 aut auaricia aut carnis illecebra nauicū
 culā ꝓcusserit mētis. respice stellaz. re
 spice ad mariam. Porrigam⁹ ergo ei
 ꝓces nrās cū fiducia dicētes illā ysaiē
 xlvii. Audi hec delicata q̄ habitas con
 fidenter. Et licet virgo gloriosa p̄ no
 bis oret cōtinue nō tū maris labores
 et pericula statim euadi⁹. Nā x̄ps q̄r
 tavigilia noctis laborantib⁹ discipulis
 venit et dixit. Cōfidite ego sūꝓ nolite
 timere. Marci. vi. Tertio cōfiden
 tia bona ē nobis necessaria qm̄ sum⁹
 egrotātes. Multū enī cōfert laborāti
 bus aliq̄ infirmitate spare ⁊ ꝓfidere ī
 medico suo. et diligere medicū. spera
 re etiā salutē suā. q̄ spes et confidētia
 de salute futura sit ifirmo uecessaria.
 patet per illud metricum. Speret qui
 metuit morituros viuere vidi. Spe du
 ce victuros/ spe moriente mori. q̄ ve
 ro amor et spes de medico multum
 ꝓferāt egroto. ꝓꝓ q̄dā narratōez quā
 ponit seneca. iiii. declamationū. c. v.
 ubi ponit talis cap⁹. qdā abdicat⁹ a pa
 tre suo studuit medicine cōtigīt patrē
 graui⁹ infirmari et a medicis sal⁹ ei⁹
 desperari. rediit ergo fili⁹ iā fact⁹ me
 dicus et curauit prēz. scā cura recōcili
 at⁹ patri. Accidit postea vxor patris
 ⁊ nouerca filii. ꝓ fili ifirmitate labora
 ret q̄ ꝓns p̄ laborauerat. Iubet⁹ filiū
 a prē curare nouercā nolēs abdicatur
 scdo. P̄r igi⁹ accusat filiū de eo q̄ ro

luit cū sciret et posset curare nouercā
 q̄ autē sciuit et potuit ꝓ hoc ꝓbat q̄ se
 curauerat de morbo cōsimili. fili⁹ re
 spōdit q̄ nesciret an posset eam cura
 reuel non licet morbo cōsimili labo
 raret nā alterius spei et amoris ē pat
 ad filiū q̄ nouerca. spes enim ꝓris de
 filio fuit fortassis magna cā cure Vñ
 subdit nihil magis ꝓdest egrotis q̄ ab
 eo curari a q̄ voluit Ad ꝓpositūꝓ
 cū sum⁹ ꝓctis lāguidi sūme nob̄ est ne
 cessaria spes ⁊ cōfidētia tā de habē
 da sanitate q̄ de medica xpi bonitate.
 Nā q̄tūcōꝓ sit ifirmitas magna de fa
 cili curabitur si sperem⁹ ⁊ cōfidam⁹
 In cuius figurā signat⁹ dicit x̄ps cuidā
 paralitico. mat. ix. Cōfide fili remittū
 turti bi ꝓctā tua. Proꝓ defectū aut h⁹
 spei siue cōfidētie Cayn et iudas iur
 abiles exiteēt peccantes ꝓctū in spi
 ritū sc̄tū qd̄ neq̄ remittit⁹ in hoc secu
 lo neq̄ ī futurō. math. xii. Et si qs for
 tassis a filio terreat⁹ quia iudex ē. ma
 trē intueat⁹ q̄ medicina ē. vñ cassio. in
 q̄daz ep̄la. Tu patrona hūani gñis tu
 afflictis reis medicā singulari. Quis
 tuo nō egeat munere cū sit peccare cō
 mūe. Itē ber. sup̄ miss⁹. omelia. ii. ꝓ
 pe finē. Si criminū īmanitate turbat⁹
 cōscie feditate ꝓfus⁹. iudiciū horrore
 perterritus. barratro icipias abforber
 ri tristite despatōis abissō. cogita ma
 riā ī periculis ī āgustis in reb⁹ dubiis
 cogita mariā iuoca mariā. maria nō
 recedat ab ore. n̄ recedat a corde. Ervt
 impetres ei⁹ orōis suffragiū ne dese
 ras cōuersionis exēplū ip̄az seq̄ns n̄
 deuias. ip̄az rogās n̄ des peras. ip̄az co
 gitās nō erras. ip̄a tenete nō corrūis.
 ip̄a ꝓtegēte n̄ metuis. ip̄a duce n̄ fati
 garis. ip̄a ꝓpicia ꝓuenis. ⁊ sic in temet
 ip̄o experiris q̄ merito dictū sit et no

me virginis maria. Ex his p̄ q̄ merito sibi dici potest illud. Dan. xiii. Non ē cōfusio cōfidētibus in te

LEC. XXXVII

i. Impii autē secūdu que cogitauerūt correptionem habebūt q̄ neglexerūt iustū et a dño recesserunt. Sapiētā etenim et disciplinā q̄ abicit infelix est. Sicut dictum fuit sup̄ius i principio huius capituli. Sp̄s sanct⁹ i hoc li. agit n̄c de iustis n̄c de impiis alternatim.

Postq̄ igitur sp̄it⁹ fact⁹ declarauit q̄ iustis nō carebūt mercede. Hic dīuer tedo se ad impios oñdit q̄ nec ipii trā sībūt ipiūne. Fuit autē op̄imo eorū sicut i principio secūdi capituli patuit q̄ nulla penitē ē iusticie vel iniusticie retributio in futuro. Quia igit̄ iam declarauit oppositū de elect̄ ostēdēdo q̄ p̄miabūt eternaliter. Hic oñdit q̄ etiā impii iuxta eorū demerita p̄mīet̄ p̄portionabiliter. Et circa hoc duo facit. q̄ p̄mo oñdit q̄ tales infideles nulla aliā vitā expectātes in futuro cruciantur.

Secundo q̄ in presenti a suo desiderio defraudāt. Secūda ps̄s ibi. et vacua spes. Circa primū duo facit. Nā p̄mo pena i piis debita applicat̄. Sc̄do cā pe ne rōabiliter explicatur. sc̄da pars ibi. q̄ neglexerūt iustū. Dicit ḡ p̄mo sic Impii autē id est infideles deū negātes ⁊ et nullā aliā vitā estimātes. De q̄b⁹ dictū ē in secūdo capitulo p̄ totū ibi. Dixerūt autē impii ⁊c. tales inq̄ impii habebūt correptionē id est penā eos corripietē et hoc iustissimā quia eorū malicie correspondēt. Vñ dicit secūdu q̄ .i. fm̄ illa que cogitauerūt q̄ oē malia cogitatōe procedit ideo si cogitationes puniat̄ constat q̄ tā locutiones q̄ operationes puniēt̄. Cōsequēt̄ cū dicit. Quin neglexerūt iustū. Causā p̄i-

tionis malorū explicat. A Vbi notādū q̄ p̄mordialis cā pene tā in āgelo q̄ in hoīe fuit negligētia. Si enim homō vel angel⁹ a deo creatus in gratia bene fuisset vsus naturalib⁹ et gratiis sibi datis nūq̄ apparuisset angelo cōueniens aliq̄ de ordinatū vel dei excellentiā appetuisse nec unq̄ hō iudicasset dictis et persuasionib⁹ serpentis acquiescisse. sed quia neglexerunt vñ gratiis sibi datis p̄missi sūt cadere i errore p̄pter peccatū negligentie et de errore in pctm̄ sup̄bie et inobediētie. Et ideo tagēdo radicē culpe pctōrū dicit. Quin neglexerūt iustū id ē in stitiā. Iustū enim fuit ⁊ ē q̄ oīs creatura rōals p̄gratias a deo acceptas sollicitē et diligēt̄ deū honoret q̄ e earum dē gratiis largitor. Michce. vi. Iudicabo tibi o hō qd̄ sit bonum ⁊ quid do min⁹ de⁹ tuis q̄rat a te. vtiq̄ facere iudiciū et diligere iusticiā et sollicitum ambulare cū domino deo tuo. Et q̄ negligētia parit contemptū. ideo sub iungit o n̄ solū neglexerūt iustū ymo a domino recesserūt. q̄a deo octauo p̄uerbiis dicitur. Impius cum in p̄fūdū pctōrū venerit contēnit. Et nota q̄ iste est modus seu ordo cadendi in homine. q̄tūcūq̄ fuerit i statu p̄fecto. videlicet p̄mo negligere modica. loq̄ ociosa. raro cōfiteri. parē deuote dicere diuinū officiū. hec vidēt̄ esse modica pctā. Ex istis diabol⁹ inducit i grauissima pctā. Circa doliū sunt magni circuli q̄b⁹ afferes doliū colligāt̄. et illi magni in suis extremitatib⁹ colligantur cū p̄uis vimib⁹. solutis ḡ p̄uis solutū magni et solutis magnis totū decidit. Sic moralit̄ est q̄ spernit modica paulatim decidit Eccl̄. xix. i principio ⁊ sic nō solū nō curauerūt isti ipii sci-

re q̄ dei sūt s; abiecerūt sciētā dei . vñ
 subdit. Sapiētā et disciplinā qui abi-
 cit infelix est. i. fidē de sup̄naturalib⁹
 hominib⁹ renelatis d̄m̄it⁹. Ad ro. xi
 O altitudo diuitiarū sapiētie ⁊ scie dei
 q̄ incomphensibilia. zc. Vñ disciplinas
 id est dinas correptiones ⁊ monitiōes
 q̄s per prophetas suos mūdo oñdit. p̄-
 uer. xv. a Q̄m̄ abicit disciplināz
 despiciat animā suā. et per cōsequēs est i
 felix. Iuxta illud metricū. Tres infel-
 lices in mūdo dicimus esse. Infelix q̄
 pauca sapit spernitq; doceri Infelix q̄
 multa sapit spernit q; docere. Neglex-
 erūt iustū. Nota q̄ cleri ⁊ p̄ctor s̄lis ē
 argo Arg⁹ fuit (sicut refert ouidi⁹ me-
 tho. i. circa finē) q̄daz pastor q̄ habuit
 centum oculos et tamē non habuit in
 sinu vaccā nuper transformatā de vir-
 gine ad custodiendam Mercurius v̄o
 finxit se custodē et pastorē caprarum
 et accessit ad locum vbi argus iste vac-
 cam pascebat. mercurius fistulabat i-
 ta iocunde et ita gratiose q̄ argus eū
 rogauit q̄ placeret sibi morari cuz ca-
 pris suis in pascuis illis secū. Alius a-
 nuūt q̄a idcirco venit: sederunt igiē s̄l
 Mercurius de nono incepit fistulare
 ita gratiose q̄ aliqui oculi ipsius argi
 inceperunt dormire aliis adhuc ad
 vaccam respicientibus. tandem ita i-
 estimabiliter bene fistulauit q̄ omēs
 centum oculi dormitauerunt et statū
 surrexit mercurius et caput cum ocu-
 lis amputauit et sic vaccam secum du-
 xit. Moraliter cleri ⁊ litteratus est q̄i
 argus centum habens oculos videlicet
 consideratiōes multas id est cautelas
 et non habet nisi vnā vaccam custodi-
 re id est vnā bestialē conscientiaz. Ista
 fuit virgo dūmodo retinuit innocen-
 tie puritatē. Hec transformata ē i vac-

cam bestialem concupiscentiam et vo-
 luptatē. ysa. vii. Nutriet homovaccā
 Osee. quarto. Sicut vacca lasciuēs de-
 clarauit israel. Mercurius id est me-
 dius currens diabolus est qui circuit
 q̄rens quem denoret. i. pe. quinto Iste
 fistulauit ita dulciter per strepitum la-
 sciuē mundialis p̄ adulationes aico-
 rum q̄ iste argus obdormit per negli-
 gentiam vsq; ad mortem. Et tunc au-
 fert caput quia separat ab eo christus
 qui est caput ecclesie ⁊ miseram vaccā
 dncit in iehennam Et ideo eis dicitur
 Nolite negligere nolite cessare a cus-
 todia ⁊ cōcussione cōscie proprie. Iu-
 dic. xviii. B In hoib⁹ mūdo dedi-
 tis quadruplex his dieb⁹ negligētia in-
 ueniē. Sūt ei negligētes i addiscendo
 morū sanctitatē. In discutiēdo ppriaz
 pueritatē. In reuerēdo dei maiestātē.
 Et i sufferēdo pximi necessitatē.
 Primo sūt negligētes i addiscēdo mo-
 rū scitatē. Bene inueniūt quidā assidni
 ad discēdū artū subtilia ppter curiosi-
 tatē. Inra ciuilia pp̄utilitatē artē bel-
 lādī pp̄ strenuitatē. Artē negociādī p̄
 paupertatē. et sic de singul⁹ q̄ aduite p̄se-
 tis p̄motionē et am̄strationē spectāt.
 Sed ad discēdū artē bene viuēdi. deo
 fermēdi. artē p̄ctāvitādī. oēs q̄i se ex-
 hibent negligētes. Vnde mūdos in-
 uitat ad errores et ineptias et omnes
 obediunt. Dens vocat ad honores
 et nuptias et omnes negligunt. Ma-
 thei iicesimos secundo. Illi neglexe-
 runt et abierunt: alius ad illam suaz
 Alius ad negotiationem suā et tamē
 hec sūma philosophia ē. scire bñ viuē-
 cin cōtinue et semp̄ insistēdū est. ⁊ va-
 candū ab aliis ut huic infirmatur Nō
 sicut multi qui cit⁹ om̄ia volūt facere
 q̄ ordinē bene viuēdi addiscē. Contra

quos Seneca ep̄la. cix. subtrahe s̄z cō-
munes libros. xxxvi. Nō cū vacueris
philosophādū est s̄z oīa alia negligē-
da sūt. vt huic assideam? cū nullū t̄p̄us
fatis magnū est. etiā si a puericia vsq̄
ad hūmāni cui terminos vita pducas. S̄z
hic est vna negligētia cōm unū in iu-
uemb? qui ideo negligūt ptē adiscere
qa nō possūt totū acq̄rere. Ideo nihil
volūt scire qa nō possūt alios excelle-
re z hec negligētia filia ē sup̄bie. quas
bene deridet. Oraci? libro ep̄larū ep̄la
p̄ma. nō poteris oculo q̄tū cōtendere
linceus nō t̄n idcirco cōtēnas lipp? inū
gi. Vult dicere pouas q̄ sis lipp? z dif-
fidas acq̄rere tātū visus acūmē q̄ pos-
sis sicut linceus p̄ muros penetrare vi-
dēdo. nō iō cōtēnas vt collirio z aqua
iuuātē ad acūmē oculorū. Fatū est ei
ptē cōtēnere qa totū nō potes habere.
Tali b? aptis ad discēdū dicit̄ p̄me ad
Thymo. iiii. Noli negligere ḡraz q̄ in-
te est Figuraf̄ istud Gen̄. xlii. Audiēs
Iacob q̄ alimēta vēdereūt in egypto
dixit filiis suis. Quare negligit? Au-
dim? q̄ triticū venūdēt̄ i egypto. Vult
significare q̄ vbiq̄ sūt alimēta vena-
lia. s. alimēta aie p̄pter nullā diffi-
cultatē debet homo ea negligere. Et
reuera sc̄ia salutis nō ē nisi in egypto
id est i obscura z tenebrosa theologia
qa tenebrosa aqua i nubib? aeris i ps-
glosa. id est obscura doctrina in p̄phet̄z
p̄dicatorib? Sc̄do sūt hoies negligē-
tes in discutiēdo propriā p̄uersitatem
Quēdā noui qui fuit optim? senescal-
lus ordinādo familiā alienā etiā ma-
giorū dominorū z pessime sciunt or-
dinare de regimē dom? sue. Tales s̄t
pleriq̄ qui diligētē alios emēdāt̄ t̄n
sp̄ negligūt seip̄os. Quātas sollicitu-
dines habem? ad discutiēdas consc̄ias

alienas. pro quib? nō habem? respōde-
re nisi fuerim? eorū p̄clati. q̄tam pi-
griciā ad discutiēdas p̄prias p̄sciētias
deus nōm̄t. Cōsciētias enī p̄prias di-
scutim? vno die aut dimidio vix in. xl
Cōsciētias autē aliorū per mltos an-
nos et tamē nobis dicit̄ q̄ incessanter
nos discutam? Iudic. xviii. Nolite ne-
gligere nolite cessare. Tertio sunt
hoies negligētes in reuerēdo dei ma-
iestatē et hoc habēt timere curati spe-
cialiter et p̄lat̄z quicūq̄ alii dediti mi-
nisterio dei titulo speciali cuiusmodi
sunt oēs clerici infra sacros ordines z
religiosi quicūq̄. Et tamē si bene cōsi-
deram? hi sunt qui negligētius agunt
sc̄di Paral. xxiiii. Porro leuīte egere
negligētius. Quib? tamē p̄cipit̄ Deu.
viii. Obseruat̄ caue neq̄n obliuiscaris
domini dei tui z negligas mādata ei?
atq̄ iudicia Negligētia in istis cau-
sat̄ mimia frequētia assistēdi deo Quia
mima familiaritas parit̄ contēptū. Et
tamē p̄tra tales dicit̄. sc̄di Paral. xxix
Filii mei nolite negligere. vos elegit
deus vt stetis corā eo. Nota extra de
celebratiōe missē dolētes. Quarto
sūt hoies negligētes in sufferēdo p̄xi-
mi necessitatē. Deutro. xxii. De oī re
fratris tui si perierit z inueneris eam
nō negligas q̄si alienā Res fr̄is perit
si icidit in latrōes si est depaupat? for-
tuna si idiget aliq̄ p̄ amore xp̄i Vnde
nullo mō tales negligē debem? si pos-
sumus tales inuare. Seculares r̄ident
posse talē inuare. sed nō sine danmo.
Sed nūq̄d deus poterit recōp̄sare dā-
nū? Cōstat q̄ sic qa iust? est. z puer. xii.
p̄pe finē Qui negligit dānū p̄pt̄ ami-
cū iust? ē. ḡ talē iustū de? n̄cario r̄mūe
rabit b Dūbi? Is̄a? Vt̄z oīs negli-
gētia sit p̄ctm̄ mortale. q̄d sic. ec̄. vii.

Qui timet deū nihil negligat q̄ q̄cūq; in aliquo negligit perdit timoreꝝ dei. Sed hoc ē peccare mortaliter pp̄ p̄uer. xix. Qui custodit mādata custo- dit aīaz suā: qui autē negligit vias suas mortificabit et loq̄ de mortifica- tione iehēne q̄ n̄ ē nisi p̄ pctm̄ morta- le. pp̄ Ihere. xlviii. Maledict⁹ hō q̄ facit opus dei fraudulēter. Sed male- dictio in scriptura nō ferē nisi p̄ pctō mortali. Ad oppositū est illud. ecci. vii. De negligētia purga te cū paucis dicit glo. q̄nis oblatio parua sit tñ n̄- toꝝ delictōꝝ purgat negligētias. Sz per pauca nō purgabit⁹ peccatū mor- tale. Ad q̄onē dicēdū q̄ negligētia nihil aliud est q̄ defectus debite solli- citudinis circa actū virtuosū faciendū pueniens ex remissione feruoris iuo- lūtate. Potest igit negligētia esse cir- ca actū vel circa circūstātiā act⁹. q̄c- tus vel circūstātia est de nctate salutis. et talis negligētia ē pctm̄ mortale. sic si negligam dare elemosinā tpe extre- me nctatis pximo indigenti: negligo actū cadētē sub p̄cepto de necessitate saluā. Sicut si de elemosinā nō ex ca- ritate v̄ n̄ i caritate pecco mortalit̄ oit tendo circūstātiā q̄ debet esse in omi actū virtuosū de necessitate salutis. i. ad cori. vi. Omnia opera vestra in carita- te fiant. Alit̄ pōt cōtingere negligētia. circa actū vel circūstātiā actusq̄ tñ ac- tus vel circūstātia nō est de nctate salu- tis. sicut si negligam dicere salutatio- nē virginis marie transeundo coram imagine suavel cū audio lectionē co- gito de impertinētib⁹ ex remissione volūtatis et tūc est peccatū veniale. Ad primū cū dicit. Qui timet deum nihil negligit verū est cadēs sub p̄cep- to. q̄a oē tale ē de nctate salutis. Ad

secūdū p̄ per idē. Ad tertiū dicēdū q̄ maledictio inferē pro negligētia respectu circūstantie debite. Ad lit- terā loq̄ p̄pheta de nabugodonosor. quē de⁹ fecit instrumētū suū ad flagel- landū pplm̄ suū israel. Istud aut opus fuit dei sic ordinātis et cōmittētis sed istud nabugodonosor attribuit poten- tie sue faciens ex odio personarū id quod facere debuisset ex obediētia tā- tū et ideo peccauit mortalit̄. Propter quod dicit. maledictus hō q̄ facit op⁹ dei fraudulēter. Maledict⁹ q̄ phibet gladiū suū a sanguine id est q̄ parat i- iuste pvlitionē quā de⁹ precepit infligi. Ad argumētū in oppositū vel loquitur de negligētia veniali vel mortali. Si de mortali tunc v̄m est q̄ purgatur in presenti per paucos respectu eorū qui- bus in futuro etemaliter puniret̄.

LECTIO. XXXVIII

e t vacua est spes illoꝝ et labores sine fructu et inhabitabilia ope- ra eorū. mulieres eorū inensate et ne- quissimi filii eorū maledicta creatura eorum. Postq̄ spūs s̄ctus declara- uit qualiter infideles solā voluptate estimantes si nem hominis in futu- ro cruciabuntur. Hic oñdit q̄lit̄ in p̄- sēti etiā multipliciter affligentur per falsitatem in intellectu: voluptatem i affectu et vanitatem in effectu: Vnde in hodierna lectōne sex miserias ma- nifestat istā sectam sequentes. A. Sunt enim defraudati in falsis esti- mationib⁹. fatigati in vanis occupatio- nib⁹. vilificati in abhominatiombus: esseiati i delectatōib⁹. dānificati i p̄pa- gatiōib⁹ et excoicati pro adinnetōib⁹. Prima igitur eorū pena est q̄ decipiū- tur et aueritate elōgāt̄ i suis iudiciis. Et hec ē magna miseria. q̄a naturalit̄

hō appetit nō falli. etiā illi q diligunt fallere fm augustinū. Ipsi aut euasise oēs penā oē iudiciū pro suis flagitiis sperauerūt. cū tñ mō sūt i inferno dānati. hāc penā deceptionis ⁊ dānatiois tāgit cū dicit. Et vacua ē spes illorū. ysaie. xxviii. Posuim⁹ mēdatiū spē nrāz ⁊ mēdatio ptecti sū? Et nota q̄ p̄rie spirit⁹ sc̄tus inducit spem iustorū et spes i impiorū. De ill⁹ dixit supra isto capitulo spes illorū i mortalitate plena est. De istis aut q̄ vacua ē spes illorū. ii. ad cor. vi. Hortamur vos ne i vacuū gratiam dei recipiatis. Sc̄da p̄ca istorū i p̄nti ē q̄ fatigāf i vanis occupationib⁹. Vanū ē qd nō assequit̄ finē ad quē ordiatur. ii. phi. c. x. Ois labor hūan⁹ ordiat̄ ad aliquē fructū p̄cipiēdū q̄a igit̄ homines sup̄ tacti laborāt p̄ voluptatib⁹ bellis in pace in terra ⁊ mari nocte die q̄ et nullū fructū bonū inde p̄cipiēt merito dicit̄ q̄ labores eorū sūt s̄n fructu. oppositū dicit̄ infra de iustis q̄ bonorū laborū glōsios⁹ ē fruct⁹. Ip̄met etiā recognoscēt in die iudicii : fm illā qd scribit̄ infra. c. v. Lassati sūt i via n̄ q̄tat̄ ⁊ p̄ditōis ⁊ āblatūm viā difficilē. Viā aut̄ dñi ignorauim⁹. Fruct⁹ imaturi si comedat̄ generauit vermes i vētre delectatiōes aut̄ vite p̄ntis sūt fructus imaturi ifra. c. iiii. Fruct⁹ eorū iuiles zacerbi ad māducādū. quē ergo fructū habuistis i ill⁹ q̄b⁹ nūc erubescitis ad ro. viii. Et boeci⁹ de voluptab⁹. iij. de psola. p. vii. Quātos ille. i. voluptates morbos q̄ itollerabiles dolores q̄ quēdā fructū neq̄ae fructū solēt afferre corporib⁹. Tertia istorū p̄na i p̄nti ē q̄ vilificat̄ i abhoiatioib⁹. Magna miseria ē hōi q̄n opa sua sunt ita vilia ita mōstruosa ita repugnātia rationi q̄ hō nō pōt ea maifeste defēde

re nec excusare. Et certe q̄cūq̄ solāvo luptatē p̄sequit̄ talia opa faciunt q̄ cōmuni rōe repugnāt ⁊ abhominabilia deo fiunt et angel. nec hūane cohabitationi cōgruūt. sed repugnāt. Et hoc ē qd dicit. Et inhabitabilia opa eorū id est cōiunctui et habitationi naturali repugnāt et p̄pagationi cōcesse nature. imo de⁹ ipse q̄ omnes habitare dignat̄. p̄ opera talia ab habitatiōe ciuitat̄ hūane expellit̄. de q̄ there. l. Nō habitabit ibi vir nec icolet eam fili⁹ hominis. Sz verbi caro factū ē et habitabit in nobis. Io. i. Quarta p̄ca ē q̄ effeminat̄ i delectatōib⁹. Homines enim voluptuosi et p̄nat mulieres s̄sui et a mulierib⁹ sensu p̄tat̄. Canis amēs vbi cūq̄ momorderit hoiez facit eū amētē. Et eodē mulier fatua facit virū rabidū et a dolescēs fatua mulierē facit i s̄sata. et q̄ mulieres sūt i s̄sate tūc viri sūt effemiat̄ imo i animati puer. vi. Mulier aut̄ p̄osa aiā viri rapit Qui autē est s̄n aiā i s̄sata? efficitur Et hoc isti bñ fatēf infra. c. v. Nos autē i s̄sate vitā ilorū estimabam⁹ i s̄sani am q̄a ecci. xix. Mulieres apostotare faciūt sapiētes et arguūt s̄satos. Et hāc penā tāgit cū dicit. Mulieres corū i s̄sate. Ad litterā. Mulieres i opatione libidīs plus delectat̄ q̄ viri. vñ Tresias dixit femias habere decē vncias luxurie. viros aut̄ nisi q̄tuor. Fuerat enim iste tresias vtriusq̄ sexus secundū fabulas successiue: ideo factus est index in hac cā. et nō cōseq̄ns ē q̄ i hac secta que voluptatē habet p̄ fine. si viri sint fatui erūt mulieres i s̄sate Et ideo signat̄ dicit̄ ecci. xxv. Beatus qui hitat cū muliere s̄sata. Quarta miseria istorū. infidelium ē q̄ dānificantur i p̄pagationib⁹. Vñ sub-

CA. III

LEC. XXXVIII

dit Negissimi filii eorum. De⁹ eni i ho
mie potētia generadi et certū in odiz
istūit et est tal vt fiat etiā infra limi
tes cōiugii prol' propagatō ad laudez
dei. Illi autē homines q prole gignūt
et eā pueris informatiōib⁹ et exē
plis corrūpit bonū naturale. plis ait
tūt et in hoc seiplos cōfidūt. Quia sp
mala proles finalit' insurgit i parētes
Et bñ dicit q neqssimi filii eorum. Cau
sa est quia mulieres sūt insensate et vi
ri impii et filii imitatores eorum g⁹ est
necessario peiores. iiii. Re. xvi. Opat⁹
ē iniqtatē super oēs q erāt añ illū.
Sexta pena eorum ē q excōmunicati sūt
in adimētionib⁹ suis et hāc subdit cū
dicit. maledicta creatura eorum. Illū qd
hō excogitat et adinuit z pmouet pōt
dici creatura sua. tales aut impii in oī
gñe peccati tā luxurie q iniusticie mul
ta adinueniūt que pnt dici creature e
orū. et sicut oīa opa dei sūt benedicta
et approbata. Gen. i. z i. ad thimo. iiii
Omnia creatura dei bona est. Ita ista
mōstruosa signēta peccatorū sūt excō
municata a deo et maledicta. Ecclesi
astici. xxxvii. O presūptio neqssima
vnde creata es? Mulieres eorum i
sensate a Notandū q familiare
confortiū malay mulierū est omi hōi
detestādū. maxie tūviris religiosiis z
psonis ecciasticis qbuscūq. Sūt enim.
mulieres libidinoze in allicēdo. mali
Septimo habet puer tranquillitatem contra furorē iracundie. Puer enim non ledit et si ipse offēdatur et ledat statim remittit. Vnde pro pino pomo recōciliat si fuerit valde offēsus. c Isto modo sancti remittere tenentur illis qui contra eos delinquit. Nota quod Aristoteles. Ethic. capitulo. xiii. secundum Thomam distinguit tres species iracundiarum. Sunt enim quedam acuti. quedam amari. et quedam difficiles. Acuti dicuntur quod velociter irascuntur et velociter quiescunt. Et istud est optimum quod habent quod non retinent iram in corde celando. sed statim iram suam per aliqua signa manifestat propter velocitatem motus ire. Et ad istam speciem maxime disponunt colerici propter subtilitatem colere. Amari dicuntur quorum ira diu perseverat et eam nunquam ostendunt sed occultant ideo sunt amarissimi in seipsis et etiam ad alios et indigent multo tempore ad hoc quod digerant iram suam Et ad hanc iram maxime disponunt melancholici propter grossiciem humorum melancolie Difficiles sunt qui nunquam cessant ab ira concepta donec fuerint viduati. Istas tres species vincere debet sanctus per mansuetudinem et moderantiam rationis

Primā p̄ modestiā ne sit acutus. Secūdam per patientiā ne sit amar⁹. Teritiā per pietatē ne sit difficilis vt sit p̄ter deo gratus moralis. De quo osee. i. Puer israel ⁊ elegi eū LE.CXX.

t V autē elegisti me regez populū tuo et iudicē filiōz tuoz ⁊ filiarū tuarū et dixisti me edificare tēplum in monte sancto tuo et in ciuitate habitationis tue altare. similitudinem tabernaculi sancti tui q̄d preparasti ab initio. et tecum sapientia tua que nouit opera tua et que affuit tunc cū orbem terrarū faceres ⁊ sciebat quid placitū esset oculis tuis et quid directū in preceptis tuis. Postq̄ salomon supplicauit p̄ sapientia impetranda et rationem qua a deo exaudiri debeat allegauit sūptam a parte humane necessitatis. In hac parte consequenter aliam subiungit rationem ad idem sumptā ex parte diuine bonitatis. Et est ratio talis. Decet diuinā bonitatem perfecte illa consummare que proposuit et incepit. Sed tu p̄posuisti per electionem mei q̄ fore rex et iudex populū et edificator templi q̄ sine tua sapientia consummari non possunt. ergo decet te deum mihi dare: sapientiam qua ista que tu p̄posuisti me facturū cōsummare possim. Dicit ergo sic. Tu elegisti me regē. q. d. non me igessi per presumptionē nec me intrusi per uiolentam occupatōnē. Sed tu me elegisti non sup̄nā citatez vel insulam sed vt rex sim populo tuo Vñ. ii. paralip. i. vbi ponitur historia de supplicatione salomonis. Quis potest hunc pplm tuū q̄ tā grādīs ē digne iudicare. Nō solū elegisti regē populo tuo. sed uoluisti me esse iudicem

immediatum filiōi tuoz et filiarū tuarū. i. tam maiorū q̄ minorū. Secundo modo non solū elegisti me in regem et iudicem: sed i. artificē ⁊ edificatorem. vnde dixisti me edificare templum in monte sancto tuo. ii. Regum septimo. Dixit dominus ad dauid. Suscitabo semen tuum post te et ipse edificabit templum nomini meo Et. i. paralip. xxviii. Salomon filius tuus edificabit domū meā et altaria vlt̄ atria mea Ipsū ei elegi mihi i. filiū meum et ego ero ei in patrem. A Templum inquam in monte sancto tuo Iste mons sicut dicunt hebrei fuit ille mons in quo abrahā uoluit imolare filiū suum ysaac. Gen. xxii. Et ibi erexit altare. Et in eodē loco fuit postea altare templi de quo hic subditur Et in ciuitate habitationis tue altare. Hec ciuitas fuit Iherusalem de quo i. psalmo. Iherusalem que edificatur vt ciuitas. Altare dico habens similitudinē tabernaculi tui sci ab initio. id est tale altā iussisti me facere. quale fuit altare tabernaculi moysi. ab initio id est ab antiquo. hec tu de⁹ p̄ ordinasti de me et tecum sapia tua. i. fili⁹ tuus q̄ sapientia nouit opera tua creatōis re creationis et gli ficationis de qb⁹ abacuck. iiii. Consideraui opera tua et expaui. Que quidē sapia affuit tunc cū orbē terrarū facēs creādo de nihilo. Et sciebat quid placitū esset in oculis tuis circa genus humanum et qd directū in preceptis tuis. i. qb⁹ p̄ uolui sti homiez dirigere in te ipsz sicut i. finē suum. Oritur hic dubitatio litteralis. An electores platorū teneā eligere meliorē. a Qd nō q̄a decretal dicit. Sufficit eligere bonū nec ē necē

eligere meliorem Ad oppositū videt̃
iii. Re. x. Eligite meliorem de filiis dō
minivestri ⁊ ponite sē solū patris sui
Dicedū ē q nō sp ille qui ē melior sim
pliciter est melior ad prelationē. Ille ei
inter hoies ē simpliciter melior qui ē
caritate perfectior. Vñ aug. iii. enche
ridion. Quāto caritas i quocūq; ma
ior ē tāto melior ē in quo ē. Cū enī q
reret̃. vtrū qsq; sit homo bonus. nō q
ritur quid credat at̃ quid speret. s; qd
amet. Contingit autē frequēter q illi
qui est perfectissim⁹ in caritate mul
ta deficiāt que necessaria sūt prelatō.
puta sciāvalitudo corporis et h⁹modi
Electio autē eorū que sūt ad finē debz
fieri secūdū cōditionē suā. Et idō di
cedū q electores quicūq; talē eligere
tenēt̃ q sit melior ad statū illū. ni p e
lectionē puidere tenēt̃ eligere melio
rem. Per hoc pz ad argumēta. qa de
cretalis intelligit de simpliciter melio
re. vult decretalis dicere q nō tenēt̃
eligere meliorem ad illū statū s; suffi
cit eligere bonū ⁊ ppt̃ hoc ē electio cal
sanda nec decretalis informat̃ scīaz
electorū sed iudiciū publicū. Auctori
tas ad oppositū intelligit̃ de meliore
ad talē finē. Oritur hic dubitatio lit
teralis secūda. An meli⁹ sit habere re
ges p elcōez q p hereditariā successio
nē. Et hāc mouet Ar. iii. politi. Et ar
guit q nō per generationē siue p he
reditariā successione: qa cōtigit frequē
ter filiū boni regis eē malū. Mal⁹ autē
destrueret p̃tate. Si vō dicat̃ q p̃ pui
dēs filiū malū daret̃ alēi regimē q ef
set bon⁹. dicit̃ Arist. q nō ē credibile
imo difficile eēt̃ ⁊ q̃ sup naturā hūa
nā: qa cū t̃dēt̃ regnū magis dilcō. ⁊ fi
li⁹ ē q̃ alē ip̃e necessariū vidēt̃ q tra
dēt̃ illā filio. Istā qōnē n̄ soluit ar. sed

dicūt expoitores q meli⁹ ē p se loqn
do et simplicit̃ p̃tinuare regnū p elec
tionē: quia tūc semp pōt̃ṽtuos⁹ regere
per accēs tū meli⁹ ē i casu p̃tinuare re
gnū p gñs successionē. Prio ppt̃ dis
cordia et diffēsiōnē eligētū Z⁹ ppt̃
p̃suetudinē dñandi i vna domo. Ter
tio q equali sibi null⁹ vult subici de fa
cili ⁊ ideo mutatio regni ē p̃culosa p
electionē paci cōmunitat̃. Sed hoc est
per accēs. Si ei eēt̃ oēs rōnabiles et
habētes zelū reipublice meli⁹ essz regi
p electionē cōitaq; ab vna p̃sōa q̃ p suc
cessionē nature. Aliā mouet ibidez
qōnē de potētia regis. et querit̃ q̃ta de
bet esse. Rñdet̃ q oportz regis potēti
am eē tātā q sit maior q̃ sit alicui⁹ vni⁹
et maior q̃ q̃rūdā pluriū de illa cōmu
nitate. debz tñ eē miōr q̃ potētia mul
titudis. Aliā soluit ibide de regez ē
An meli⁹ sit regi optima lege vel opti
mo rege. Dicit̃ optio rege. quia possi
bile ē legē excogitare q̃ nō idigeat ap
plicationē iustitiae ⁊ dispēsatiōe q̃ ab
optimo rege fieri p̃nt. Tu autē elegi
sti me regē pplō tuo: ⁊ iudicē filiorū
tuorū ⁊ filiarū tuarū. Ex ista auctori
te informat̃ princeps quilibz ⁊ platus
circa statū suū quattuor cōsiderare vi
delicet q nō sit immisus p intrusio
nē. q nō sit remissus p dissimulationē
q nō sit neglector culparū. et q nō sit
acceptor personarū. Prio cōsideret
prelat⁹ siue p̃nceps q nō sit imissus p i
trusionē s; vt vere posset dicere deo. tu
elegisti me. Forma autē platorū eligen
dorū ē ip̃e x̃ps i trib⁹ scz. In sua cōcep
tione natitate ⁊ puerfatōe. Fuit enim
cōcept⁹ sp̃s sc̃i cooperatōe. nat⁹ s̃n ma
tris corruptiōe. Cōuersat⁹ enī i mūdo
sine ab̃tione ac pcti oporatione. Vñ
de qñ popul⁹ elegit eū in regē fugit ⁊

reūnit rex fieri. Ioh. vi. Isto mō q̄ debet intrare ad statū plature debz concipi i mētib⁹ electorū p spūs sc̄ti inspirationē: nō per p̄spirationē dissolutorū. debet nasci de matre q̄ ē cōgregatio siue capitulū: cui d̄z p̄esse siue corruptōe. ita q̄ nec sit corrupta precevel preciovel munis potētū Debz ergo sic electus ducere statū suū sine ambitōe vt velit si possit ex corde fingere et deuotus obedire vt de⁹ sibi possit dicere illud. ysa. xliiij. Noli timē serue me⁹ iacob: et rectissime quē elegi. Sed tūc dū ē q̄ nōnulli eligūt p̄pter partiales affectiones: quidā pp̄t mūdiales possessiones. et qdā propt̄ curiales intpositiones. Cōsiderāt nōnulli electores: nō qs̄ melior vita. dārior sc̄ia. et fama celebrior. sed q̄ velit eē i bñficiis z subuētioni b⁹ vt ilior. q̄s velit mī⁹ vitā suāz emēdare: q̄s velit crimina dissimulaē Cōsiderant alii quis est in rebus locupletior: in beneficiis pinguior: in expensis profusior: in p̄uiuis lautior: i ociofa familia multiplicior Alii quis ē regi et regalib⁹ grator et acceptior quis parentū generositate nobilior q̄ mūdane uanitati abiliior et uisitor i ueniē. Isti nō eligūt p spūm sc̄m. sed per spiritū nequā. Cōtra quos adduci potest illud. iiii. Re. x. Eligite meliorem et eū qui uobis placuerit de filiis dñi uestri et ponite eū s̄r solū patris sui Nota q̄ p̄mittit meliorē z eū q̄ uob̄ placuerit de filiis dñi uestri: i signū q̄ bonitas grāz: nō acceptio p̄sōarū d̄z eē cā q̄re uobis placeat. At fert̄. quēdā dixisse regi Ludouico querēti Cur nō fiūt mirac̄a p epōs: prelatos modernū t̄pis sicut oli fiebāt i p̄mitiua eccia. Cāz hui⁹ assignat dicēs. Tpe

p̄mitio electiones epōrū z prelatorū fiiebant p spūm sc̄m. cur⁹ est facere miracula. mō fiūt p reges z p̄ncipes qui miracula facē nō p̄nt. Z⁹ p̄sideret plāt⁹ vel p̄nceps: q̄ nō sit remiss⁹ p dissimulationē: quia elect⁹ i regē. Rex enī a regēdo dicit̄ et ē nomē tā honoris q̄ one ris Tenet̄ enī exēplū aliis p̄bere exēplū probitatis moral vt dicat cū gedone. Iudic. vi. Quod me uideritis facere: facite. Plus enīz mouēt egregia facta p̄ncipis q̄ iusta imperia. De Iulio cesare dicitur q̄ nūq̄ dixit militib⁹ suis: ite sed uenite. Vnde p̄. Regū. xii. Constitui uobis regē z rex gradit̄ antevos. Narrat sext⁹ Inl⁹. Strategematon. li. iiii. c. v. de qdā duce q̄ uocabat̄ Pesticator. hic cū iterrogat̄ ess̄a militib⁹. Quid imparet. dixit vt se imitentur et nihil aliud. et arrepto signo p̄m⁹ hostes inuasit. Talis debet esse responsio boni plati vt possit dicē cū apostolo. Imitatores mei estote et obsequate eos q̄ ita ambulāt sicut habetis formā uāz. ad phil. iiii. Trog⁹ ualen⁹. li. vii. narrat q̄ Arge⁹ rex macedonū moriēs reliq̄t filiū puulū. Cōigit macedones iterim cōtra illūcos bellare et uinci: qui statim se recolligentes regem suū puerū in curiis iacētē ante aciem posuerunt et sic eos uicerunt: ostendentes macedonibus regem de fuisse nō uitatez. Moraliter p̄ntia plati semp̄ inuat subditos Tertio p̄sideret prelat⁹: ne sit neglector culparum in igrendo: discutiendo et puniendo q̄ est electus in iudicē. Tu at̄ elegisti me in iudicē z c. Dicit p̄s. Ethicorū. Qd̄ vnusquisq̄ est bon⁹ iudex eorū q̄ cog noscit. Et ideo ad bonū iudiciū dādum requiritur inquisitio z cognitō: ne

*Do dicitur opt̄
Regis Ludouici*

homo pcedat ex incertis suspitionib⁹
ex vna pte. et ex alia pte debet homo
inquirere ne mala serpat ⁊ augeat ne
per defectū correctiōis : cū ū crimina
sint cognita p̄tinno: si possibile est sint
correcta per iudicē q̄ debz esse sicut iu
sū aiatū sicut dicit̄. v. Ethī. vt mens
sua tota sit a iusticia occupata Et ideo
ppls accedit ad iudicē sicut ad iusticiā
aimatā vt in oibus reddat qd̄ inflū est
Vñ Eccl̄. vii. Noli q̄rere fieri index
nisi valeas v̄tute irruere iniquitates.
Hugo de sc̄to victore in li. suo de .xii.
abusib⁹ danstri dicit q̄ tres sūt spe
cies vel modi negligētū platorū. Quidā
dam sūt q̄ bñviuūt subiectos malevi
uere p̄mittūt. quidā sūt q̄ maleviuūt
subditos suos bene viuere cogūt qdā
sūt qui male viuūt et subditos malevi
uere volūt. Quidā sūt q̄ bñviuūt sub
ditos male viuere p̄mittūt exēplo p̄ce
dūt: sed nō increpādo deliquūt. Licet
enī bene viuāt necesse tñ est vt de gre
ge sibi cōmissio dño gregis rōeni red
dant. Illi vō qui male viuūt et subie
ctos bene viuere cogūt errātes reuo
cāt. sed rectos ⁊ fortes occidūt reuo
cāt v̄bis. occidūt exēplis De tertia spe
cie nō oportz facere mētionē Hec Hu
go. Quarto iformat̄ platus ⁊ p̄nceps
ne sit acceptor p̄sonarū. Cū dicit filio
rū tuorū et filiarū tuarū. i. elect⁹ sū in
regē et iudicē. tā maiorū q̄ minorū. tā
simpliciu q̄ p̄fectorū. filiorū inqt̄ tuorū
id est elect⁹ sū vt iudicē pplm̄ tuū nō
sicut seruos meos vel rusticos s; sicut
filios gubernādovt simeis loco tui p̄
nō tirān⁹ Ber. sup̄ Cañ. Discite subdi
torū m̄res vos eē debere nō dños stu
dete magis amari debere q̄ metui. Et
si int̄dū lenitate op⁹ sit p̄na sit non
tyrānica: matres fouēdo ⁊ p̄res corri

gendo vos exhibeatis. Suspēdite v̄be
rapducite v̄bera pectora lacte pingue
scāt: n̄ typo sup̄bie turgescāt Hec Ber.
Et ideo sicut dicit bon⁹ platus. Ioh. in
Cañ. sua. p̄. Ioh. in. Maiorē in vobis n̄
habeo gr̄az q̄ vt audiā filios meos ut
veritate ambulantes. ⁊c.

LECTIO. CXXI.

m Itte eā de celis sc̄tis tuisz a sede
magnitudinis tue vt meci sit et
mecū labore vt sc̄ia qd̄ acceptū sit ap̄
te. Posita supplicatiōe deuota p̄ sapia
ipetrāda et allegata rōne tā ex pte dei
q̄ ex pte Salo. A Hic iterato re
dit ad cōtinuatōnē sue petitionis. Et
circa hec tria facit. p̄mo petit q̄ sapia
de⁹ sibi liberalit̄. Sc̄do innuit q̄ in
tēdit per eā regi generalit̄. Terto
pbat q̄ ip̄a possit eā bñ regere mora
liter. sc̄da ps̄ ibi. vt meci sit Tertia ibi
Sc̄t enī oia illa. Circa primū dicit sic.
Mitte illā. i. sapiāz que est fides ifusa
operās per dilectionē de celis sc̄is tu
is. i. de celo empireo qd̄ inhabitare p̄n
cipaliter crederis s; oī locovbiq̄ assis.
Sicut enī dicit Aris. p̄. de celo fm̄ oēs
antiq̄s. Celū est loc⁹ deiz qd̄ est in celo
nec veterascit nec mutat̄ nec alterat̄;
sed habet vitā in sēla sc̄lorū. Et a sede
magnitudinis tue figuratim locutio
est. Loquit̄ e n̄ de deo mō hūano citz
tñ sit sine quātitate magn⁹ ⁊ sine q̄lita
te bon⁹ ⁊ sine situ p̄sides. vt dicit Aug.
v. de tri. c. iiii. Per sedē q̄ magnitudis
nihil aliud itelligit̄ nisi qes vel trāgliti
tas dei oīpotētis q̄ vniuersa disponit.
Sap. xii. Tu at̄ dñator v̄tutis cū trāgliti
litate iudicas Sc̄do ondit ad qd̄ istā sa
piētia tñ optatz dicit vt p̄ eā regat̄ ge
neral̄ ⁊ p̄ficiat̄ effēdo. agēdo ⁊ cogno
scēdo. vñ subdit. Vt meci sit q̄tū ad
primū p̄. Cori. xv. Gr̄a dei sū id qd̄ sū

Et mecum laboret. Quatum ad scd3 pme
 Corin. xv. Habudant illis oibus labo-
 rari no ego. sed gra dei mecum Vt sci-
 am qd acceptu sit apud te. Quatum ad
 tertiu. Et si duplici. s. dei bnplacitu3
 pgnosco do et me eidē pformado Vt
 mecum sit et mecum laboret. Notadu est
 q si prim9 parēs in statu inocēne psti-
 tisset oēs ei9 posteri sine labore meru-
 issent. Perfecta enī fuisset obedientia
 carnis ad spm. Vn sicut celū mouet
 sine fatigatione 7 labore eo q suo mo-
 tori nō resistit. Ita corp9 tūc ab aīa sū
 labore motū fuisset Iā si nec cogitare
 de aliquo diu possum9 sū labore cor-
 poris et a mīto fortiori: nec loq possu-
 mus nec moueri. in ps Existimabāt
 cognoscere hoc labor est ante me. In
 tm autē v̄sa est. incōtrariū nra cōditio
 vt q nati fuissēm9 ad quietē si pctm̄ n̄
 esset generalit̄ et qsi naturalit̄ nasci-
 mur ad laborē Dicit Iob. Homo ad la-
 borē nascit̄ vt auis ad volādū. Iob. v.
 Sicut autē pegrū veniēs ad pcursum vi-
 arū eligere pōt per quā velit ābulare.
 nullā tū ibit sū labore. Ita hō posīt9 in
 hac vita mltas vias vniēdi iuenit: in di-
 uitis et paupertate et hōre et seruitute
 in deliciis et miseriis: sed nullā acci-
 piet in qua magnā laborē nō inueniet
 Si diues eē voluerit in diuitis pgre-
 gādīs. cōseruādīs 7 dispēndīs: necel-
 sario laborabit Eccl. xxxi. Laborabit
 diues in pgregatiōe substātie. Et statī
 sequit̄ Laborabit paup in diuinitōe
 vict9. Et sic discurredo vbiq3 laborem
 reperiet. qm̄ hec fuit pnia toti hūano
 generi iniūcta Ge. iiii. a Maledi-
 cta t̄ra in ope tuo: i laborib9 comedes
 ex ea oib9 dieb9 vite tue. Laborare g
 debem9 in vita pnti virilit̄ 7 vtuose
 ppt̄ tria: videlz ppt̄ cōueniētā pmissi

tpis ppt̄ pnia3 cōmissi sceleris. 7 p-
 pter vehemētā pmissi muneris. Pri-
 mo dico Laborare debem9 in pnti nō
 quiescere nō ociari ppt̄ cōueniētā
 pmissi tpis. Tps ei quo mō viuim9 et
 etnitas vite future sic cōparātur ad in-
 uicē. sicut vigilia pcedens et festū se-
 quens. In vigiliis enī solēnitātū solēt
 hoies laborare fruēt̄z diu Vn in ta-
 lib9 vigiliis faciūt agricolē altā noctē
 In dieb9 vero festiuis idulgere solent
 cōiter quieti et solatio. Isto modo
 moralit̄ nūc est vigilia in qua ieiuni-
 is et laborib9 nos dare debem9 prima
 Petri. v. Sobrii estote et vigilate. Et
 ii. Corin. vi. In hoib9 exhibeam9 nos-
 metip̄os sicut dei mīstros. in labori-
 bus vigiliis 7 in ieiuniis mltis. Sz cras
 in vita futura erit festū et solēmitas sē-
 piēna. Et ideo tunc vacabim9 gaudio
 in leticia et qete. Apoc. xiiii. Bū mor-
 tu q in dño moriūt̄ur. amodo iā dicit
 spūs vt reqescāt a laborib9 suis Vnde
 Ihero. in quadā ep̄la. Null9 labor du-
 rus: nullū tps videri debet lōgū q glia
 etnitas acqrit̄. Sicut oī no fatū9 eēt
 qui in vigilia oib9 laborātib9 et sudāri-
 bus ociosus foret 7 in festo laboraret
 qn̄ oēs gauderēt et qescerēt. Sic fatū9
 eēt q in pnti vita qetē acceptat in quo
 xps 7 oēs scī q nos pcesserūt laborib9
 et penitētis se dederūt et sibi in futu-
 ro laborē ppetuū thesaurizauerūt. In
 ps. Laborabit in etnū et viuēt adhuc
 in finē. Scdo tenemur laborib9 v̄ tuo
 sis iistere. ppt̄ pnia3 cōmissi sceleris.
 Magna enī gra foret si dñs remitte-
 ret rustico ppetuā seruitutē p labore
 vni9 diei. et merito deberet ille rustic9
 tali die laborare diligētissime. Mora-
 liter omnis peccator seruituti ppetue
 addicitur qn̄ peccat. Ioh. viii. Oīs qui

facit pctm̄ fern̄ est pcti. Pro hac serui-
tute pcti in ppetuū laborare deberet ī
inferno vt dictū est nisi sacramētū pe-
nitentie mediaret per quod pena eter-
na in penā tpalē cōmutaret. Iustū est
ergo quēlibet qui peccauerit dieb̄ vi-
te istius fortit̄ laborare ppter pniām
cōmissi sceleris ex ēplo pphete qui ait
Laboraui in gemitu meo lauabo per
singulas noctes lectūz meū lacrimis
meis stratu meū rigabo. Hoies q̄ aio
se laborāt cito patiunt̄ sudorē Ita de
uoti in labore pnie cito irrigant̄ sudo-
re lacrimaz cōtrītōis dicit Anselm̄ de p-
bleu. pte. xxiii. pble. xxiii. Qd̄ qn̄ plo-
rātes lacrimas emittim̄ lacrimae sūt
calide. qn̄ aut̄ dolētes oculos ex aliq̄ in-
firmitate emittim̄ lacrimas lacrimae
ille sūt frigide. Et huius causā assignat
talē. Indigestū est frigidū. Digestū ū
calidū. Dolētū aut̄ oculos lacrima est
ī digesta ppter qd̄ z frigida ppter qd̄ et
medici signū putāt eē maxie egritu-
dinis. frigidos sudores. Calidos autē
ecōtrario bone alteratōis. Et huius sub-
iungit causā Cū qd̄ fuerit supfluitas
m̄ta in oculo nō pōt interi⁹ calidū illaz
dirigere: qre necesse est frigidā esse.
Qn̄ aut̄ pauca supfluitas est tūc calor
vincit. **B** Quare tūc lacrimae sūt
calide: Fiūt autē ex supfluitatib̄ egri-
tudinibus huiusmodi. Moralit̄ loquēdo
inter penitētes est diuersitas q̄ aliq̄
cōterunt̄ ex caritate et amore iusti-
cie. Caritas autē ignis est. Et iō istoz
lacrimae sūt bñ digeste calore caritat̄
et istoz sudores sūt calidi z signāt sa-
nitatē. Alii aut̄ vidēt̄ penitētes z at-
terit̄ur magis q̄ pterat̄. Recogitāt ei
penā infernalē quā peccādo meruerūt
et ex ide timorē p̄cipiūt q̄ timore du-

cti lacrimas frigidās z sudores frigidōs
faciūt q̄ cōfessionē frigidā faciūt de
pctis timore penae nō amore iusticie.
Sicut penituit Antioch⁹ .ii. Macha-
ix. Orabat scelest⁹ dñm a quo nō erat
miaz cōsecutur⁹. Sic Iudas pnia duct⁹
retulit triginta argēteos dices. Peccauit
tradēs sanguinē iustū. Math. xxvii.
Istā est cōfessio frigida per timorē et
despationē. Et iō signū est magne in-
firmitatis. Isti sic laborātes licite dice-
re possūt illā Lu. v. Per totā noctē la-
borātes nihil cepim⁹. Tales nō fuerūt
lacrimae petri. Math. xxvi. Nec lacri-
mae Marie magda. Luce. vii. Ter-
tio laborare debem⁹ in p̄nti per opa
meritoria ppter vehemētā p̄missi m̄ie-
ris. Cōsideratio enī niercedis accēdit
amorē laboris Isto mō p̄suadēdū labo-
rē vtutis vti⁹ Boet⁹ vel p̄phia loquens
Boe. iiii. de cōso. Metro vlt. Vbi idu-
cit exēplū triū viroz illustriū. q̄ labo-
res maxios p̄vtute z glā tpali. sustinu-
erūt viz Agamēnonis Ulixis z Her-
culis q̄z p̄m̄ bello decēnali Troiā de-
uastauit. p̄ sūmā picula Scds Poliphe-
mū gigantē monoculū q̄ oēs socios de-
uorauerat p̄ sūmā audaciā interemit
Terti⁹ Hercules q̄ diros labores susti-
nuit De q̄ d̄r. Hercule duri celebrāt la-
bores Ille cēturos domuit supbos z c̄
q̄ hic n̄ ponā. Et tadē dicit sic Vltim⁹
celum labore irreflexo sustulit collo.
Preciūq; rursus vltim⁹ celestē meruit
laboris Et enarratis istis exēplis di-
cit sic. Ite nunc fortes vbi celsa magni
dicit exēpli via cur terga nudat̄ supā
ta tell⁹ sydera donat. vult dicere. Vos
q̄vtuosiz fortes eē vultis. ite ad celū p̄
viā v̄trū q̄ cū sit via excelsi est via ma-
gnū exēpli q̄ multa z magnū abulat̄ p

ea qui an vos inerunt. Et iovia excelsa magni exepi ducit vos. Cur inertes terga nudatis: qsi miseri fugietes de plio et petetes ab hostib' miaz? Ecce q' his merces vobis p'mittit' Supata tell' sydera donat. h' e' dictu'. Habeatis vos sic in tra q' victores fitis et sup' sidera erit im' ppetuu' merces v'ra. Et hoc est q' d' Sapie. iiii. Bonor' labor' gl'osus est fruct'. Et in ps. Labores manuum tuar' q' m'aducabis btus esz bene tibi erit. De hac btitudine loquit'. Ber. in q'da' smoe' dicēs. O btā regio paradisi O btā regio deliciarū ad quā suspiro de valle lacrimar'. vbi sapia sū igno- rātia: vbi mēoria sū obliuioe: vbi itel- lectus sū errore: vbi rō sū obscuritate Fulgebit Btī q' ibi habitāt dicētes cum ps. Btī q' habitāt i' domo tua dñe in se- cula seculor' laudabūt te.

LECTIO.CXXII.

¶ Cit enī oīa illa ⁊ itelligit' deducet me in opib' meis sobrie ⁊ custodiet me in sua potētia. et erūt accepta opa mea. et disponā pp'z tuū iuster ero di- gnus sediu' p'ris mei Postq' salomō declarauit q' p' sapiāz quā optauit intē debat se regere moralit' in oī bonitate Hic oñdit q' eadē sapia hoc cōferre potuit generalit' ex ppria ptāte. ⁊ per se quēs potuit eū facere v' tuosū pfe- cte Hui' g' ptātis. Primo ponit p'batio nē. Scdo ex h' ifert q'dā cōclusionē. Se- cūda ps ibi. Et ero dign'. Circa pri- mū talē ponit rōez. Ill' pōt hoīez pfe- cte facere v' tuosū: qd' cōfert hoī sciam prudētia ⁊ potētia. et etiā facit deo ac- ceptū et sibi subiectis p'ficiū. Sz talis est sapia quā peto a deo. dicit Salomō g' per ipsā potero me regere v' tuose i' oib'. A Minorē g' hui' rōis po-

nit in qng' particulis: narrās de sapia q' ipsa est doctrix per scientiā ductrix per prudentiā: defēnsatrix per potē- tiā: mediatrix per amicitia: modera- trix p' iusticiā Quātū ad p'mū dicit sic Scit enī illa. i. sapia omnia et itelligit' Apud Arist. inter scientiā et itellectū hec est differentia: q' sciētia est habi- tus cōclusionis demonstrate. Vñ ni- hil p'pe d' sciri apd' eū strictē loquēdo de scia nisi qd' pōt demonstratiue p'bari Et ideo facere scire cadit in diffinitio- ne demonstratiōis sicut patet p'mo po- sterior'. Intellectus vero proprie lo- quēdo est habit' cognitiu' p'ncipiorū ⁊ propositionū. que probari nō possūt. Vnde Arist. vi. Ethic. Intellect' est p'ncipior' quor' nō est ars neq' scia neq' prudētia: q' scia est demonstrabiliū. Ars vero et prudētia cōtingētū siue igi' loquamur de p'ncipiis siue con- dusionib' sapia scit. i. scire facit. oia. i. oia necessaria ad salutē. Sic enim loq- tur saluator de spūctō. Iohānis. xvi. Cū autē venerit ille spūctus veritatis docebit vos omne veritatē. Glosa sup- ple necessariā ad salutē. Est autē sapi- entia doctrix per scientiā. Sapie. vi. Doctrix est ei discipline detz electrix operū illi' Scdo sapia est doctrix p' prudētia. Est ei prudētia recta rō agi- biliū. Vñ ad prudētē ptinet bñ cōsili- ari circa totā vitā hominis et bene eli- gere: quia sine prudentia nullus pōt habere v'tutē moralē sicut docz Arist. vi. Ethicorū. Et q'tū ad hoc dicit Salo- mon de sapientia Deducet me inquit in operibus meis sobrie. id est mēsurate secundū mēsurā recte rationis. Dicit' autē sobri'a sez bria. quasi secū habens briam id est mēsurā et ebrius

quasi ex bria Tertio sapia est defē
latrix p potētiā. Et q̄tū ad hoc subdit
custodiet me in sua potētiā ab omni
aduersitate videlicet ne uiciose succū
bam In ps. Domin⁹ custodit te ab om
ni malo Quarto sapientia ē media
trix per aīciā. Et quantuz ad hoc s̄b
dit. Et erunt accepta opera mea. Istud
proprie facit hoī christ⁹ q̄ ē sapia dei
patris. Nā p meritū xpī omnia opa no
stra bona frūt deo accepta Ad Titum
secūdo. Dedit semetip̄z p nobis ut nos
redimeret ab oī iniquitate et mūdaz
sibi ppl̄z acceptabilē bonorū operum
sectatorem Quinto sapia est mode
ratrix p iusticiā. Facit enī hominē iu
ste regere subiectos. Et q̄tū ad hoc s̄b
iungit sic. Disponā ppl̄z tuū iuste. No
tāter dicit ppl̄m tuū non meū. Quā
do homies bñ uinūt tūc dñs uocat eos
ppl̄z suū q̄n male tunc sūt ppli homi
nū. Vnde deus legit̄ signantē dixisse
Moyfi. Exo. xxxii. quando filii isra
el fecerant sibi vitulum cōstatilē Moy
se exīte cū dño in mōte. Vade descē
de peccauit ppl̄us tuus quē edixi de
terra egypti. Quando vō homies be
ne se habent tunc sūt ppli dei. In ps.
Attēdite ppl̄e me⁹ legē meā idinate
aurē uestrā in vba oris mei. Finaliter
ergo i lra infert salomō ex his omni
bus cōclusionē istā. Et ero dign⁹ sedū
pris mei. q. d. Si sic mihi concesser̄ sa
pientiā quā iploro ero dign⁹ regia se
de q̄ tenuit p̄ me⁹ dauid i regno pre
senti. et sedib⁹ pris mei p remūeratio
nē futurā i regno celestī. Deducet me
i opib⁹ meis sobrie . a Notādū ē q̄
plex in sc̄ptura sacra iuteniē sobrie
tas necessaria vñtoso. Debet enī vñtoso
sus habere talē ut sit sc̄ia sine p̄sūptio

ne i pte itellectia. ut sit continētia sine
dissolutione i parte sēsitua. ut sit absti
nētia sine ingurgitatione in pte nutri
tua. Primo q̄ necessaria ē vñtoso sob
etas in sc̄ialib⁹ ut sit sc̄ia sine p̄sūpti
one. Et hāc suadet aposto. Ro. xii. Di
co enim per gratiā que data ē mihi oī
bus que sūt inter vos nō plus sapere q̄
oportet sed sapere ad sobrietatē. Sen.
ad lucilli ep̄. cxxv. Et est vltima ad lu
cilli. Pl⁹ scire uelle: q̄ sit satis. intēpan
tie geu⁹. Et ep̄. xix. dicit sic. Q̄ nē ad
modū aliarū res. ita lras intēpantia
laboram⁹ nō uite s̄z scole discim⁹. Nō
faciūt iste doctrine bonos s̄z doctos. Et
subdit. Paucis facti ē. id ē p̄tingit ad
mētē bonā paucis uti lris. Hui⁹ at sob
etatis cōtrariū est ebrietas p̄sūptiois
qua aliqs sc̄iaz sui pprii sensus nimis
approbat z eā p̄pōderat sentētis me
liorū. Talāt p̄sūptuosi hoīs signa do
cet. bern. li. suo de xii. gradib⁹ humili
tatis. et loq̄r de mōacho p̄sūptuoso di
cēs. Prim⁹ inq̄t i p̄nētū residet. in con
silis p̄m⁹ rīdet. nō uocat⁹ accedit. non
iussus se intromittit. reordiat ordiata
reficit facta. q̄cqd ipse nō fecit aut nō
ordinauit aut nō recte factū nec pul
chre estiat ordiatū. indicat nūcicates p̄
iudicat iudicatus. hec ibi. Huiusmodi
conditiones docet Aristoteles. septio
Ethi. c. xiii. Vbi dicit q̄ quidam sunt
nimis immausūm p̄pē opiniōi. et sunt
ita p̄tinaces q̄ nullo mō a suis opini
onibus anelluntur. Et tales uocat ibi
dē grece ylkryomones ab ylkryon qd
est fortis et g nome qd ē cognitio qua
si fortiter sue opiniōi vel cognitiōi
itendētes. Et istis attribuit quatuor cō
ditiones. Primo q̄ se habēt ad cōtinē
tem sicut prodigus ad liberalē et au

dax ad fortē. Cōtinēs enī apud Arif. **B** vocat qui cōtra oēs passiōes manet fixus in v̄tute fm̄ rectā rōez semp̄ immobilis yf kyrognomon aut̄ hoc habet tantū de cōtinēte q̄ manet imobilis immobilit̄ adheret. Hoc aut̄ nō est v̄tuosū fm̄ se. sed q̄ fit fm̄ rectā ratio nē. Vñ sicut p̄digus excedit liberales q̄a dat plus q̄ oportet. Ita iste p̄sūptuosus excedit cōstantē v̄tuose quē vocat p̄his cōtinētē q̄a adheret pl̄ q̄ oportet sensui suo pp̄rio. Sc̄do dicit Arist. de talib⁹ q̄ sunt idisciplinati q̄a nolūt ab aliquo istruī. Tertio sūt agrestes quia cū semp̄ velint seq̄ pp̄riū sensū nō possūt de facili cōmorari cū aliis hoib⁹ z necesse habent fieri solitarii z parum cōicātes cū aliis. Oīs ei hō q̄ vult amicabiliter cū aliis p̄uersari debet se eis multipliciter p̄formare. Vñ cū Alexander regnū p̄sarū eēt adept⁹ stati relicta forma macedonū in habitu z vestitu cōformauit se p̄his. vt sic eorū benivolentiā p̄captaret. Oīs enī singularis sit eo ipso odiosus. Et iō bñ dicit Salust⁹ sicut Albert⁹. iiii. politico. recitat istos v̄sus. Cōsulo q̄s q̄s eris q̄ pacis federa queris. Cōsonus esto lupis cū quibus esse cupis. Hec ē ḡ sobrietas p̄mo mō dicta sc̄ia sine p̄sūptōe in parte itellectiua. Sc̄ta est cōtinētia sine dissolutione in pte sēsitiua et ista sobrietas est ordinata modestia sensiuū exteriorū vt nihil vage mētis appareat nihil libidinōsū sed totū sit religiosū Et hui⁹ cōtrariū est ebrietas dissolutionis que est via insolētis gest⁹ et ornat⁹ in hoīe extiori. Istā sobrietatē in gestū moxy Ap̄s. p̄. Thi. ii. notat vbi dicit sic. Volueros orare in oī loco leuātes manus puras sū ira z discēptōe. Sicut m̄lieref in hitu ornato cū v̄ ecūdiat z sobrietate

De ista sobrietate dicit Aug. i reglā. In oib⁹ morib⁹ v̄ris nihil fiat qd̄ cui⁹ of fēdat aspectū sed qd̄ v̄raz deceat sc̄itatem. Et Ambro. de officiis li. iiii. dicit sic. Sermōes p̄feram⁹ libra iusticie examinatos vt sit grauitas in sensu in f̄mone pōd⁹ atq̄ in v̄bis mod⁹. Tēperantia cordis habeat ai mūdicia. iusticia m̄iaz prudētia pacē. fortitudo mā suetudinē. Hec ambro. Istā sobrietate carēt dissoluti z voluptuosi iuuenes q̄ diu sūt saniz icolumes q̄ pp̄ corpis caliditate z leuitate ifra semetipos nō possūt cōsistere. sed si febre corripiaf per vnā ebdomadā vel duas stati fiūt sobrii saltē ad tps. Et iō signāter Ecc̄i xxxi. dicit Infirmitas grauis sobriaz facit aiaz Tertio sobrietas est abstinentia sine igurgitatōe i pte nutritiua. Et sic de ea loquit̄ ap̄s cōsequēter ad Thitu. ii. Sobrii z pie z iuste viuamus in hoc sc̄lo. Sobrie ad nos metipos. **b** Iuste ad pximos. et pie ad deū et sc̄os. De hac sobrietate Grego. ome. xxxvii. Sobrietas oīm v̄tutū mater ē z ecōtra ebrietas m̄ oīm viciorū hec est denudatrix oīm secretorū Infatua trix sensatorū: alligatrix robustorū: et impatrix flagicioz. Primo est denudatrix secretorū. Vñ Sen. ad Lucillū ep̄la: lxxxiiii. Quēadmodū musto: ap̄ sa dolia rūpunt et oē qd̄ in imo iacet in sūmā partē v̄as visus calorū eructat sic vno estuātē q̄cqd̄ in imo iacet abditū: effert z pdit in mediū. Et hec est vna causa q̄re specialit̄ regib⁹ p̄hibet vinū quorū est celare cōsilia. Nihil ē enī ita piculosū reipublice sicut ebrietas in rege. A tali nāq̄ p̄cipe vltiōes indebite z p̄cipites irrogat̄ p̄sultatōes accepte in iniuriā aliorū icante reuelatur. Ordinatioēs cōcesse vtiles reipu

blice retractant. Et iō signāter dicit. puer. xxxi. zvi. Noli regib⁹ dare vinū qa nullū secretū est vbi regnat ebrietas. Narrat Valer⁹ maxim⁹ li. vi. c. ii. q mlier qdā inocéa damnata fuit a Philippo rege macedonū temulēto. que pprie inocétiēscia clamanit. Pro uocare inqt a rege Philippo ebrio ad eūdē sobriū si eēt. Quo vbo excussit regi ebrietatē q causā sobri⁹ diligēter inspexit et mulierē liberā a pena dimisit. In signū vero q ebrietas est denudatrix secretorū legim⁹ Gen. ix. q Noe primo plātavit vineāz bibens vinū iebriat⁹ est z cū postea dormiret iacuit denudat⁹ z a filio pprioderisus est. Scdo ebrietas est ifatratrix sēfatorū. Vñ Ang. in libro ad sacras v⁹ gnes In ebriis nulla rō nullū gerēde vite cōsiliū nō gestorū aut lectionum mēoria nec vlla artii aut idustrie puidētia. Et iō null⁹ de sua cōfidat scia si ebrietati succūbat. ysaiē. xxviii. Sacerdos et ppheta nescierūt pre ebrietate absorpti sūt avino errauerūt in ebrietate. Et ideo in antiq lege sacerdotib⁹ fuit phibitū ne biberēt vinū qā igres sūri erāt tabnactz ad mīstrādū. Leni. x. vinū zoē qd iebriare pōt nō biberis turz filiū tui qā itrabitis in tabernaculum testioni. Tertio ebrietas est aligatrix fortii vel robustorū. Facit ei de hoie bestia. de robusto infirmū. de prudente isanū. Exēplū de holoserue fortissimo quez nimia ebrietate sopitum. Judith vidua gladio pprio interemit. Judith. xxxi. Exēplū habem⁹ de Alexādro de quo dicit Seneca ep. lxxxiiii. q eū in tot pliiis inuctū intēperātia bibendi deuicit Et ille Herculean⁹ ac fatalis typh⁹ submersit Pro-

pter si phiveteres sicu dicit Pap. vinū vocabāt venenū. Sed postq inētus est vinū letiferi succi. hoc vinū illd venenum dictū est. Et isra. Vinū inqt sobrie potatū sanitatē dat: auget prudētiā imoderate sūptū ad vicia causas pstat. Deus enī creaturam dedit. abumdantiā aut hūano arbitrio reseruaui vt psumoma nature eēt in magisterio sobrietatis. abūdāte vicin. lapsūq; tumulētū sibi ascriberet hūana cōditio.

Quarto ebrietas ē ioperatrix flagiciorū. Vt pbet ira arma z icus libido vbarz tact⁹ tūc ardor nimī pudor nullus. Exēplū habem⁹ de Lot Gen. xxi q p ebrietatē cū vtraq; filia cōmisit incestū Exēplū quo ad irā de Alexādro magno qui amici sibi carissimū atq; fidelissimū intē epulas castello trāffodit. Et itellecto facinore mori voluit. Voluit ei seipz inūficere nisi ab amicis suis pūctus fuisset Rustic⁹ qdā iue briatus redit domūz de quolibet vno qd videbat apparebāt sibi duo. Cōsiderās ergo duos filios suos putabat eos esse qtuor. Et iponēs vxori q haberet qtuor filios ipsaq; negāte. Iussit q se purgaret: pcepit cultrū si est vomerē afferriz poni in ignēz dixit vxori sue q oino portaret: ferrū ignitū Illavtēs prudētia feminea. Rūdit q libēter si faceret. si tū pmo ferrū ignitū sibi traderet. Ille autē fatū oino ignitū ferrū accepit i manib⁹ z excoriauit se pessie et ad sobrietatē se reduxit z errorem ppriū recognouit cōtinuo. Et ideo figuanter dicit de oibus talib⁹ Iob. xii. Palpabit quasi in tenebris z nō in luce. et errare eos faciet qsi ebrios.

LECTIO. CXXIII.

q Vis eni hoim poterit scire cōfiliū dei: aut qs poterit cogitare quid velit de? Cogitatōes eni mortaliū timide. z icerte puidēne nrē. Corpus eni qd corrūpiē aggrauataiam z depmūtē reua ihabitatio sensū multa cogitatē Postq Salomō deuote supplicauit. deo p sapia impetrāda z sue petitōis declarauit utilitatē. In ista pte iterato māfestat sue supplicatōis necessitatē. Est autē necessitas maxia ad supplicādū deo p sapia q dirigē igno rāta nrā in agēdis Iuxta illd. ii. Paralip. xx. Cū ignorem qd agere debeamus: hoc solū habem? residui vt oculos nrōs dirigam? ad te. Istā g ignorātiā nrāz allegādo ostēdit hebetudinē nrāz tā in naturalib? q supnaturalib? cognoscēdis. lz eni ex cognitōe creaturaru assurgere possim? aliquatē i dei noticiā quātū ad mīta. viz q potēs bonis opsz clemēs est Iuxta illd ad Romanos. p. Inuisibilia eni ipi? a creatura mūdi per ea que facta sunt intellecta spiciunt? tū ad euidēter cognoscēdū cōsilia suaz pcepta q vult nos suare in hac vita ptingere nō possim? sū ipi? reuelatōe. Et iō pmo ostēdit Salomō qn tā habem? ad cognoscēdū celestiaz supnaturalia difficultatē. Et circa h duo facit qa pmo allegat hoīs gnālē ignorantia Sedo assiēt rāte ignorantie causam. Scda ps ibi. Cogitatōes ei mortaliū. Quātū ad pīmū dicit sic. Quis eni hoīz poterit scire cōsiliū dei? Aut qs poterit cogitare qd velit de?. qsi diceret ad h q homo cōsequat? btitudinē q est vita etnāz visio supnaturalis. diuine effētie oportet hoīez trāsire p meritū adiplendo aliquo mō diuinā voluntatē in preceptis et cōsiliis suis.

Sed qd de? cōsulat et picipiat nō potest hoī cōstare nisi per reuelationē fidei. de credēdis z agēdis: ergo hec reuelatio que ē vera sapia est hoī necessaria qa null? hō ex sua naturali cognitōe pōt scire cōsiliū dei nec qd velit deus.

A Sed sciēdū est q iste termin? Cōsiliū est termin? equoc? qa aliqui inquisitio vni? vel pluriū in reb? dubiis vocat cōsiliū. Et sic loquit? Aristot. iii. ethicorū vbi ostēdit q cōsiliū debet pcedere electionēz q oē cōsiliabile est eligibile. Et sic loquit? Thobias filio suo Cōsiliū sēp a sapiēte pergre. Thobie. iiii. Etpuer. xi. Salus autē vbi multa cōsilia Alio modo vocat cōsiliū sententia declaratiua illius quod expedit fieri in incertis. Et sic loq? apostolus prima Corint. vii. De virginibus autē preceptū domini nō habeo. Cōsiliūz autem do. Tertio modo vocatur cōsiliū persuasio ad aliquid agendum vel o mittendū. Quarto modo vocatur cōsiliū quodeunq? archanum alteri reuelatum. Primo modo non possimus deo attribuere cōsiliū proprie loquēdo. sed metaphoricez figuratiue loquēdo deo more hūano quia in deo nullo modo cadit incertitudo vel dubitatio. Damascē. libro pmo capitulo. xxii. Non eni cōsiliatur deus ignorantie enim est cōsiliari Et Aristoteles tertio ethicorum. Cōsiliū est de his que incerta sunt et nescitur qualiter eueniant.

Et per consequēs deo qui est prescius futurorū oim. conuenire nō potest. Secūdo modo deo maxime cōuenit cōsiliū quia ipse maxie in dubiis nos certificare scit. Tertio mō etiāz sic distinguam? inter precepta z

cōsilia dei. Et quarto mō sūt. Allegata ergo ignorātia hūana explanať cōueniēt nostre ignorātie cā. Et ponit duplex causa. Videlz cognoscētis debilitas: et cognoscēdorū subtilitas. Secūda causa ponit̄ ibi. Et difficile est iam? Circa primū duo facit quia primo allegat ignorātie cāz ex parte aie

a Secūdo ex pte corpori ibi. corpus enim qđ corripit̄. Quātū at ad animā sicut docet. Arist. ii. metha. Intellectus noster se hz ad intelligētias et ad manifesta in natura sicut ocul⁹ noctue ad lumē sol. Et ideo ad tractā dū de his que supravires nostras sunt debem⁹ eē timidū. et hoc ē qđ dicit Cogitationes mortaliū timide. Et iterū ad illa que sūt infra nos circa q̄ opera mur et cōsiliamur freqnt̄ experimur nos decipi et alit̄ deuenire q̄ nos ordinam⁹. Et ideo nō solū sūt cogitationes nostre infirme in speculatiuis. s; etiā incerte sūt prouidentie nostre i p̄ctiis. Et iō docuit nos Iacob⁹ q̄ locuturi de futuris agibilib⁹ a nobis sēp sub conditione dicam⁹. Si dñs voluerit faciem⁹ hoc vel illd. Ia. iiii. Ex parte vō corporis duplex surgit difficultas acgrē di sciaz de deo z necessariis ad salutez

Prima quia corp⁹ infectū foite concupiscētie corripit affectū aie et facit aiaz ad surgēdū ad spūalia grauez. Et ideo dicit corp⁹ qđ corripit̄ aggruat aiam. Secūdo qa sollicitudo circa necessaria corpori et ista tpalia depmit sensū hois cogitātis multa et redit eū distractū a studio et scia acgrēda. Et ideo subdit. Et depmit terrena inhabitatio. idest occupatio circa terrena corpori necessaria sensū id est intellectū multa cogitātē. Corp⁹ quod corripit̄ aggruat aiaz. Nota q̄ cor

pus post peccatū anime alligat̄ in triplex officiū. Habet enim aima corp⁹ sicut instrumētū in adiutoriū ad seruēdū. Secūdo sicut indumētū vel opertoriū ad se tegēdū. Tertio habet anima corpus sicut sibi cōiūctum et datū sicut detrimētum. vel afflictoriū ad puniēdū. Primo dico q̄ aima habet corp⁹ sibi cōiūctū sicut instrumētum in adiutoriū ad seruēdū. Vñ arist. primo politicoz ait. Animal cōstat ex aia et corpore. quoz hoc quidē principalius est a natura s; aia s; autē subiectū puta corpus. In hoie at bene disposito corp⁹ est sicut seruus. z anima principans et dominas. Sed i homine pestilēte corp⁹ dñat et aia famulatur. Est autē secūdū eū ibidē duplex principatus: videlicet despoticus siue seruilis. et politicus siue regalis. Anima enim principat̄ corpori pncipatu despotico. et est talis principat⁹. qñ subiectū nō habet potētiā resistēdi principāti. sed intellectus principatur appetitū politico principatu quia appetit⁹ habet interdū potētiā resistēdi rationi. Patet ergo secūduz eū q̄ corp⁹ naturalit̄ est seruilis conditiois et anima libere. Et quia seruus delicate nutritus proteruit in dominū. In x̄ illud prouerbiorū. xxix. Qui delicate a pueritia nutrit seruū suū fetiet eum postea contumacē. Ideo statim a puericia debet seruus iste domari et i seruitutem redigi. Et hoc satis aduertit apostol⁹. qñ dicit. Castigo corp⁹ meum in seruitutē redigo. ne cum aliis predicauerim ipse reprob⁹ efficiar. p̄. Corinth. ix. Seruitus autē secundum iura si sit occulta impedit matrimoniū contractū cū libera. Vñ si seru⁹ dicat se ingenuū et contrahit cum libera et

ipſa poſtea ppēdit ſe eē deceptā pōt agere ad diuortū et obtinebit. xxii. q. ſecūda. c. Si ſeīa ī genua. Moraliē loq̄ndo ſerū ē corp⁹ n̄m videlicet figit ſe liberz et nobilē. et iactat totū mūdū eē ſinū et propter ſe ordiatū ⁊ iō parificare ſe p̄ſūt ratiōnē q̄ ē dñā ſua et ī gerit ſe ad matronomū p̄ quādā eglitātē cū rōc cōtrahēdū. ſz certe rō debz aduerture et ipſū repellere ſicut n̄ maritū ſinū. i. corinth. vii. Nōne ē ſeruitutū ſubiect⁹ fratervel ſoror h̄mōi. more ḡ ſerui debz corp⁹ noſtrū tractari. Quis v̄o ſit mod⁹ tractandi ſerū dicit̄ Eccl. xxxiii. Panis et diſciplina et opus ſeruo. Tria enī ſibi cōueniūt videlicet educatio quia p̄cis Caſtigatio quia diſciplina. Occupatio quia opus Educatio ſibi debet talis tēpamenti. ne ſupbiat et ne ſuccumbat. Vnde gregoriuſ ſuper Ezechielē ſecūda parte. ornelia ſeptima. Si pl⁹ corporū q̄ debeam⁹ tribuim⁹. hoſtē mitrim⁹. Et ſi neceſſitati eiꝯ que debem⁹ non reddim⁹ ipſum noſtrum concuē necam⁹. Hec ille. Ex quo ergo corp⁹ naturaliter ſeruus ē ⁊ ſubiectū ſpūi quāta vtilitas eſt huic ſeruo ſeruire. De hoc. Seneca ep̄ xlix. Fateor inquit iſitā nobis noſtri corporis caritatem Fateor nos huic modi gerere tutelā. non nego idn̄lgēdum. illi ſeruiendum nego. Multū ei ſeruiet qui corpori ſeruit qui pro illo nimū timet. qui ad illd̄ omnia refert. honeſtum civile eſt cui corpus nimis carū ē. Sic ergo primo corp⁹ ſpūi datū ē ſicut inſtrūmētū in adiutorij ad ſeruēdū. Secdo corp⁹ datū ē anime ſic idumētū v̄loptoriū ad tegēdū. Iob. x. Pelle et carne veſtiſti me oſſib⁹ et n̄ruiſ cōpegiſti me. De hoc Sen. ep̄. iiii. Corp⁹ naturalit̄ vt q̄dā veſtē aio circū-

dedit et velamētū ē ei⁹. Qui ſe p̄ veſtimēta eſtimauit aliū nec bonū nec malum gladiū vagina facit. ita nec bona corporis bonū hominem. Hec Seneca B De indumētis aut̄ et reb⁹ quas dñi diſtribunt in famulis ſuis duoidem⁹. Vnū ē q̄ dñs qui dat animam duplicē libratā v̄nā p̄ hyeme. et aliā pro eſtate. ſic ſolet ordiare q̄ illa librata que ſeruiet pro hyeme ſiat de p̄no groſſiori. Illa v̄o de ſubtiliori q̄ ſeruiet in eſtate. Moraliē totū tēpus noſtrū diuidetur in duas ptes. hyemē et eſtate. hyems ē vita p̄cis. Eſtate ritvitas futura. Dñs aut̄ n̄r daturus eſt nobis duplicē libratā. Vnā robā accipim⁹ pro hyeme hui⁹ vite. Et iō eſt de rudi panno. Corp⁹ enī noſtrū ſi modo aduertim⁹ de turpi materiavel rudi ē facta et tñ ſatis ſufficit pro hyme hui⁹ vite. Hebre. x. Corpus autē aptaſti mihi. i. aptū dediſti p̄ueniēs tēpori in quoviuo. Secūda librata quā habebim⁹ in paſchate vite future. i. in reſurrectiōne generali ē de p̄no ſubtili. Erit ei corp⁹ ſubtile contra groſſiciē. clary cōtra opacitatē. agile p̄ granitatē ⁊ ipaſſibile cōtra mortalitatē. i. Corinthe. xv. Seminatur corp⁹ animale ſurget corpus ſpiritale. Dat ergo dñs noſter duplicē libratā ſecūdū cōgruētā tēporū diuerſorū. Secūdo videm⁹ i iſtus familiaris ⁊ curis q̄ boi armigeri robas duplices pcepturi n̄ parcūt i hyeme a laborib⁹. lacerāt robas nūc i pluuio in niuib⁹ i ignib⁹ vbiq̄q̄ dño placuerit. Ratio ē dicta quia ſciūt ſe nouas robas i paſchate percepturos. Cōſimili modo moraliē boi xp̄iani nō parcūt ab operib⁹ p̄nie corporib⁹ ſuis. vigilāt i iunāt. ⁊ variis penitētis lacerāt vel macerāt corp⁹ ſinū. Et q̄re hoc ⁊ Certe quā
D. i.

novas robas expectat in resurrectione
quæ vestiet spiritus corporibus suis glorio-
sis Phil. p. iii. Salvatore expectat dominum
noster iesu christum qui reformabit cor-
pus humilitatis nostre configuratum corpori
claritatis sue. Item notandum quod inter in-
dumentum quod sunt vestes et arma et que
dam sunt vestes tantum et non arma In ve-
stibus et armis sunt quodam signa de picturis
et coloribus Et consueverunt reges iuven-
nes et principes militare in ludis mi-
litaribus in armis non notis. nec in armis
quod postea debet deferri sed in armis ig-
notis ad voluntatem eorum Quod naudo autem
tales principes exercituum armorum in ta-
libus ludis dimittunt tunc solent dare ali-
cui armigero illa arma consecrando eum
in statu militari et id cedit ad hono-
rem notabile talis armigeri quod possit ar-
ma portare domui suæ quibus usus est
in sua militia iuuenili Moraliter domi-
nus noster dei filius christus militavit in
cruce arma habuit de argento albissi-
mo carnis sue. quinq; rosas rubeas di-
stincto quod sunt quinq; vulnera corpori illi
sacro impressa: princeps iste ludum tale
armorum sua resurrectione dimisit: quia
christus resurgens ex mortuis iam non
moritur: mors illi ultra non dominabitur.
Ro. vi. Sed homini tam armigero mal-
tum dilecto contulit arma illa et militem fe-
cit eum dominum ut patet per apostolum. ii. thi-
mo. ii. Labora sicut bonus miles christi
Et honorificum debet esse homini multum
seu memorie recognoscendum. si iustitia cor-
poraliter tolerando portare valeat arma
christi. et ideo de istis armis bene gloriaba-
tur ille qui dicit. Gal. vi. Stigmata do-
mini nostri iesu christi in corpore meo por-
to. Et ideo scribitur primo corinthios. vi. Empti
estis pretio magno: glorificate et porta-
te deum in corpore vestro Tertio cor

pus est datum anime sicut detrimentum
et afflictionum ad puniendum. Et hoc est ve-
rum secundum tempus nature lapsæ. Ex quo enim
ratio mentis humane subtraxit deo o-
bedientiam quam debebat. subtracta est ani-
me illa obedientia quam sibi corpus ex-
hibebat et ceperunt passionem mortis et
corruptionis affligere animam in corpore
habitantem in tantum quod clamare compelleba-
tur apostolus ad Romanos. vii. Infelix ego sum quia
liberabit me de corpore mortis huius
Unde sanctus episcopus. ci. Corpus hoc anime pondus
est et pena prementem illo urget et in-
vincibilis est. Et infra. Maior sum et ad
maiora genitus quam ut incipit sum cor-
poris mei: quod equidem non aliter aspicio
quam viculum aliquod libertati mee circum-
datum. Hec Seneca. Et de hoc notabi-
liter loquitur epistola. xliiii. Admiror demer-
itam nostram quod tanto tempore amamus rez
fugitivissimam corpus nostrum: timemusque ne
quando moriamur cum omne momentum
mors sit prioris habitus. Vis tu time-
re: ne semel fiat quod quotidie fit. Et ideo
signavit dicit hic. Corpus quod corrumpitur
non quod corrumpitur. corrupta est infantia:
corrupta est puericia: corrupta est adoles-
centia. ii. Re. xiiii. Omnes morimur et quasi
aque dilabimur in terram que non re-
vertetur **LEC. CXXIII.**

v **I** difficile estiam in terra sunt
et que in prospectu sunt inuenimur
cum labore. Que autem in celis sunt quis in-
uestigabit? Sensum autem tuum quis sciet?
Nisi dederis sapiam tuam. et miserum spi-
ritum tuum sanctum de altissimis. Et sic cor-
recte sunt semite eorum qui sunt in tris et qui
tibi placet didicerunt homines. Nam per sapi-
entiam sanati sunt quicunque palcuerunt tibi do-
mine a principio Postquam ei sapiens salo-
mon allegavit humanam ignorantiam propter
quam necesse habuit a deo petere sapientiam

am. Vñ cāz istius declarant ex parte hūane imbecillitatis. In ista pte assignat aliā cāz ad idē magnitudinē videlicet difficultatis ex parte rerū scribiliū. **A** Et circa hoc tria facit. q̄a p̄mo oñdit q̄ attigere cognitionē sup naturaliū excedet limites hūane facultatis. Secūdo q̄ taliū p̄gnitio nullo mō haberi potest nisi ex dono diuine liberalitatis. Et tertio q̄ nuq̄ fuit alia via salutis i hoīb⁹ bñ morigeratū. Seda ibi Sensū autē tuū. Tertia ibi Et sic cor recte sūt. Ad p̄mū arguit sic. Si nos homines nō possum⁹ id qd̄ mī⁹ ē: nec poterim⁹ id qd̄ mai⁹ ē: sed mun⁹ ē cognitōe creaturas dei et cognitiones naturales earū que sūt in terra nobiscūz q̄ cognoscē dīnam volūtātē q̄ ē in celo. S; ad cognitionē alicui⁹ nature exilis nō possum⁹ deuenire sine difficultate et labore. Ergo ad cognoscēdū occulta diuine volūtatis nullo modo poterim⁹ deuenire. Quātū ḡ ad hoc dicit sic. Et difficile id est difficile estia⁹. i. ad qd̄ā non facit certā cognitionē deuenim⁹. Iste eī term⁹ estiare nō importat oīmodā certitudinē secūdū modū loquēdi sicut notū ē. Difficile inq̄t estimam⁹ q̄ i terra sūt cuiusmodi sūt q̄titas terre i mobilitas t̄re: imo generalit̄ cū difficultate scire possum⁹ quō herbe arbores et plāte generant⁹ augmētāz et fructificāt i terra. Ista eī p̄pt̄ quotidiana p̄siderationē ap̄d nos viluerūt et tamē null⁹ ē nostrū q̄ sciat de his plenā redere rationē. Quia sicut dicit. Augustin⁹. Mai⁹ miraculū ē qd̄ deus d̄ paucis granis segetes creat q̄ p̄ tot milia hoīz de paucis panib⁹ et piscib⁹ satiant et tñ hoc nemo mirat̄. Illud oēs miramur nō q̄a mirabilis; q̄a rar⁹. Ergo

ista quotidiana q̄ fuit in t̄ris: nescim⁹ cōprehēdere. imovix aliq̄lit̄ estiare. Eccē. i. Cuncte res difficiles nec potest hō explicat̄ sermōe. Dicit ḡ. et difficile estimam⁹. i. difficile ē estimare. Et que in terra sūt. Et sequit̄ q̄ in p̄spectu sūt inveni⁹ cū labore. i. etiā p̄ma p̄ncipia inveni⁹ cū labore. Cū enī a festu et expimēto depēdeat nec aliqd̄ s̄n passioe scire possum⁹ etiā p̄ma p̄ncipia cū labore cōgrim⁹ aliq̄li. et tamen de istorū noticia dicit. Aris. iiii. Metha. q̄ cōsideratio devitare difficilis ēvno mō et alio mō facilē ē. Facilis ē q̄tū ad p̄ncipia q̄ se hñt sic portevl fores manerū in quib⁹ null⁹ delinq̄t. sed difficilis est q̄tū ad p̄ctones q̄ ex p̄ncipiis eliciunt̄ i qb⁹a mlt̄ errat̄. Et q̄a sic ē q̄ ea que in terris sūt et in prospectu. id ē que statū aliq̄ mō offerunt se sensui iuvenimus cum labore. Merito queri potest sic. Que autem in celis sūt q̄s inuestigabit⁹. Et sine hoc de celis id ē speris celestibus in quibus sūt stelle erraticę sine fixe. Vel de celo empirico quod supra illos celos ē et deo appropriatur et angelis: intelligatur et proponatur rationabilis questio est. Hec est enim ratio quare per tot cetera annorum vixerunt illi homines q̄ nos in p̄ncipio mundi p̄cesserūt Cū q̄to etiā labore et diligentia inuenta est vera quantitas terre. et postea vera quantitas solis et totius firmamenti: nō potest facilit̄ a nobis excoGITARI. Cū ergo ad illa insufficientes sum⁹ p̄stat q̄ sine dono et revelatione dei attigere non possum⁹ ad ea ad que null⁹ sensus nullum experimentū p̄ducit. et iō scdo subiungit Sensum autē tuū quis sciet nisi tu dederis sapiam tuāz et mi.

